This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNIS NICOLAI DE VOGEL
QVONDAM AB AGEND. CAVS. AD SVPR.
C. I. A. AC DIV. S. R. I. PRINC. ET
STAT. A CONSIL.

SPECIMEN BIBLIOTHECAE GERMANIAE AVSTRIACAE

SIVE

NOTITIA SCRIPTORVM RERVM AVSTRIACARVM,

QVOTQVOT AVCTORI INNOTVERVNT.

OPVS POSTHVMVM.

PARS II.

HISTORICA.

RECENSVIT, DIGESSIT, SVPPLEMENTIS
INDICIBVSQVE NECESSARIIS AVXIT
LEOPOLDVS GRVBER
CLER. REGVL. E SCHOLIS PIIS.

CVRANTE
IOSEPHO WENDT DE WENDTENTHAL
CANC. INT. IMP. AVL. OFFIC. ET REG. BORVSS.
SOCIET. HALENS. NATVRAE CVRIOSOR.
MEMB. HONOR.

VIENNAE,
TYPIS SOCIETATIS NERIANIS.
1783.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

NEW YORK PUBLIC

Non mea me voluntas, nec alieniſſimum a ſuſceptae vitae meae ratione, inanis laureolae captandae deſiderium; ſed frequens partim illorum hortatus, quorum auctoritatem ſuſpicere oportebat, benigna partim praeter ſpem et exſpectationem eruditorum de *prima* BIBLIOTHECAE AVSTRIACAE *parte* iudicia, non mihi ſolum, graviſſimo fuerunt incitamento;

Digitized by Google

ut negotioso huic labori, quem semel adgressus sum, ultra prosequendo manum admoverem: verum etiam ad promovendam suo quodam modo historiam Austriae litterariam promtissimum D. IOSEPHVM WENDT de WENDTENTHAL cl. NICOLAI de VOGEL τὸ μακαρίτης, generum optime meritum, apprime impulerunt; ut sumtus operi huic typis committendo necessarios summa voluntate porro tolerarent.

Itaque in praesens *secundam* quantivis pretii *partem*, eamque *historicam* BIBLIOTHECAE AVSTRIACAE, sollicita quidem cum industria a me elucubratam, multisque ad cl. VOGELII reliquias *accessionibus*, quarum amplioves eadem, qua prima in operis parte methodo a me factum fit, uncini [ ] in principio

et

et fine collocati ab illis distinguunt, studiose auctam, committo luci publicae, non sine ingenua tamen formidine! isto praesertim tempore, quo, quemadmodum de sua iam aetate cl. DANIEL GEORG. MORHOFIVS merito conquestus est, plures fere sunt librorum iudices, quam lectores; hi vero, dum *vix quod ipsi faciunt, nihil rectum putant*; in lictores, virgas et secures quavis data occasione expedientes, frequenter degenerare solent.

Complecti autem pars haec deberet celebriores universos cuiusvis aetatis atque ordinis scriptores, *historicos*, qui tam de singulis *circulis*, quem vocant, *Germaniae Austriaci* provinciis, quam de *Principibus*, qui illis quovis aevo cum imperio praefuerunt, eorum denique progenie, nec non de *viris*

Digitized by Google

Austriae *illustribus* quidquam operibus suis posterorum memoriae commendarunt. Qua in re non est dubitandum, quin tanto majores difficultates exhauriendae, eoque plus laboris suscipiendum fuerit: quanto copiosior, diffusiorque per plerosque omnes quarumvis prope Europae gentium historicos, materia pertractanda erat.

Atque inde etiam neminem id acerbius laturum confido, si, quo gravioris molis oneri humeros submisi meos, eo aequiores iudices me consequuturum spero, vel propterea, quod aperte atque ingenue confiteor: neque tam ampla me litterarum cognitione valere, ut omne id possim, quod vellem; neque tantum mihi otii litterarii concessum esse, ut universa illa praesta-

re

ne valeam, quae fubens libensque exoptasem.

Et quoniam *omnium habere memoriam, atque in nullo penitus peccare, divinitatis magis quam mortalitatis esse*, unanimi consensu testantur Universi, tantum abest, ut ea susceptae molitionis fiducia mihimet teneat, qua eruditorum exspectationi, lectorumque desiderio a me plene nunc satisfactum existimem; ut potius infinitas fere lacunas, a me sine cortice potissimum natare coactas, reliquas adhuc superesse ultro agnoscam, quas viri magis exercitati aptioi quodam tempore feliciter explere queant. Ego quidem tum ea illa, quaecunque perpetua solicitudine subinde conquisivi *supplementa* cuius generis magnus jam pro parte prima *geographica* numerus industria mea privatim collectus

in

Austriae *illustribus* quidquam operibus suis posterorum memoriae commendarunt. Qua in re non est dubitandum, quin tanto maiores difficultates exhauriendae, eoque plus laboris suscipiendum fuerit: quanto copiosior, diffusiorque per plerosque omnes quarumvis prope Europae gentium historicos, materia pertractanda erat.

Atque inde etiam neminem id acerbius laturum confido, si, quo gravioris molis oneri humeros submisi meos, eo aequiores iudices me consequuturum spero, vel propterea, quod aperte atque ingenue confiteor, neque tam ampla me litterarum cognitione valere, ut omne id possim, quod vellem; neque tantum mihi otii litterarii concessum esse, ut universa illa praesta-

Digitized by Google

re valeam, quae lubens libensque exoptarem.

Et quoniam *omnium habere memoriam, atque in nullo penitus peccare, divinitatis magis quam mortalitatis esse*, unanimi consensu testantur universi, tantum abest, ut ea susceptae molitionis fiducia memet teneat, qua eruditorum exspectationi, lectorumque desiderio a me plene nunc satisfactum existimem; ut potius infinitas fere lacunas, a me sine cortice potissimum natare coacto, relictas adhuc superesse ultro agnoscam; quas viri magis exercitati apto quondam tempore feliciter explere queant. Ego quidem cuncta illa, quaecunque perpetua sollicitudine subinde congesserò *supplementa*, cuius generis magnus jam pro *parte* prima *geographica* numerus industria mea privatim collectus

in

in promtu est, sub finem *partis tertiae* fideliter cum lectoribus communicabo.

Postremo haudquaquam silentio praetereundi, sed cum debito grati animi testimonio commemorandi sunt, qui pro singulari suo in litteraturae cultores adfectu, et hunc ingratum omnino magnoque cum taedio coniunctum laborem tantisper sublevarunt. Liberrimum etenim mihi illustrissimus D. FRANCISCVS L. B. a PRANDAV ad suam, copiosis rarissimisque historiam gentis Austriacae spectantibus libris, tam typis datis, quam manu exaratis instructissimam bibliothecam, aditum ultro raraque cum benevolentia indulsit; et ut praeclara ipsius est rei litterariae cognitio, diverforum haud ubivis obviorum auctorum notitiam mecum liberaliter com-

Digitized by Google

communicavit. Tum clariſſim. D. CONSTANTIN. FRANC. FLORIAN. ANT. a KAVZ, Aug. a Conſil. et Caeſareus librorum cenſor, qua exquiſita eruditione ſua, qua ſcriptis in lucem prolatis celeberrimus, quum opus hoc prelo paratum pro munere ſuo pervolveret, cenſoriaque auctoritate luſtraret, inſignia quaedam mihi peramice ſuggeſſit illius ſupplementa. Denique doctiſſimus atque hiſtoriarum patriae cognitione in paucis clarif. D. IOANNES GEORG. a SCHWANDTNER, Aug. a Conſ. et Caeſar. bibliothecae palatinae cuſtos, ut tanto facilius conatus hosce meos perficerem, ampliſſimi thesauri ſui librarii catalogum lubenter, quae eximia eius in elegantioris doctrinae bonarumque artium amatores eſt humanitas, inſpiciendum mihi utendumque conceſſit.

Qui-

Digitized by Google

Quibus amplissimis viris, dum meritas nunc gratias ago publice, ceteros quoque litteraturae Austriacae cognitione florentes, quorum non exiguam esse copiam probe novi, ad unum omnes etiam atque etiam oro obtestorque: ut seu admissos hic a me memoriae industriaeve adcuratioris lapsus benevole emendare, seu consilia ad coeptum iam opus perficiendum cum primis necessaria, mecum liberaliter communicare non graventur: quibus tandem adminiculis, quod sinceris votis exopto unicum, istud qualecunque BIBLIOTHECAE AVSTRIACAE SPECIMEN ad fastigium quondam suum feliciter perducatur. Scribebam Viennae Austriae pridie nonas Februarii A. AE. V. CIↃIↃCCLXXXIII.

LEOPOLDVS GRVBER
Cler. Regul. e Scholis Piis.

Digitized by Google

BIBLIOTHECAE
GERMANIAE
AVSTRIACAE
VOGELIO-GRVBERIANAE
PARS II.
HISTORICA.
LIBRVM I. II. III. IIIique SECTIONEM
ET II. COMPLECTENS.

Digitized by Google

Digitized by Google

CONSPECTVS
BIBLIOTHECAE
GERMANIAE AVSTRIACAE.

PARS SECVNDA
HISTORICA.

LIBER PRIMVS.
SCRIPTORES HISTORICI PROVINCIARVM GERMANIAE AVSTRIACAE.

Pag.

CAPVT I. Scriptores hiſtorici generales. - - - - - - 1

CAPVT II. Scriptores hiſtorici ſpeciales. - - - - - - 66

§. 1. Scriptores Auſtriae. - 66.

§. 2. Scriptores Styriae. - 101

§. 3. Scriptores Carinthiae. 127

§. 4. Scriptores Carnioliae. 138

§. 5. Scriptores Tirolis. - 141

§. 6.

Digitized by Google

Pag.

§. 6. Scriptores provinciarum Auſtriae anterioris. 155
§. 7. Scriptores reliquarum Auſtriae interioris provinciarum. - - - - 173

LIBER SECVNDVS.

SCRIPTORES GENEALOGICI AVGVSTAE DOMVS AVSTRIACAE.

CAPVT I. Scriptores genealogici Principum Auſtriae, gentis Babenbergicae. 183
CAPVT II. Scriptores genealogici Principum Auſtriae, gentis Habsburgicae. - 187

LIBER TERTIVS.

SCRIPTORES HISTORICI AVGVSTAE DOMVS AVSTRIACAE GENERALES.

CAPVT I. Scriptores hiſtorici gentis Babenbergicae, et Habsburgicae generatim. - - - - - - 235

CA-

Digitized by Google

Pag.

CAPVT II. Scriptores historici gentis Babenbergicae sigillatim. - - - - - - 248

CAPVT III. Scriptores historici gentis Habsburgicae sigillatim. - - - - - 264

CAPVT IIII. Scriptores historici Principum Austriae varii argumenti - - - 292

§. 1. Scriptores de Principum Austriae pietate et virtutibus. - - - - 292

§. 2. Scriptores de Principum Austriae imaginibus. - - - - - - 297

§. 3. Scriptores de Principum Austriae numis. - - - - - - 303

§. 4. Scriptores de Principum Austriae sigillis et insignibus. - - - - 308

§. 5. Scriptores historici Principum Austriae miscellanei. - - - - - 315

LIBER QVARTVS.

SCRIPTORES HISTORICI AVGVSTAE DOMVS AVSTRIACAE SPECIALES.

Pag.

SECTIO I. Scriptores hiſtorici gentis Babenbergicae, a Leopoldo I. *Illuſtri*, ad interregnum Auſtriacum. - - - - - - - 323

CAPVT I. De Leopoldo I. *Illuſtri*. 323

§. 1. De vita et rebus geſtis Leopoldi I. - - 323

§. 2. De uxore et prolibus Leopoldi I. - - - - 325

CAPVT II. De Leopoldo III. *Pulchro*. 328

§. 1. De vita et rebus geſtis Leopoldi III. - - - 328

§. 2. De uxore et prolibus Leopoldi III. - - - 328

CAPVT III. De Leopoldo IIII. *Pio*. 329

§. 1. De vita et rebus geſtis Leopoldi IIII. - . - 329

§. 2.

Digitized by Google

Pag.

§. 2. De uxore et prolibus Leopoldi IIII. - - - 337

CAPVT IIII. De Leopoldo VI. *Virtuoſo*. - - - - - - - 339

§. 1. De vita et rebus geſtis Leopoldi VI. - - - 339

§. 2. De uxore et prolibus Leopoldi VI. - - - 343

CAPVT V. De Leopoldo VII. *Glorioſo*. - - - - - - - 344

§. 1. De vita et rebus geſtis Leopoldi VII. - - - 344

§. 2. De uxore et prolibus Leopoldi VII. - - - 345

CAPVT VI. De Friderico II. *Belicoſo*. - - - - - - - 348

§. 1. De vita et rebus geſtis Friderici II. - - - - 348

§. 2. De uxoribus Friderici II. - - - - - - - 350

CAPVT VII. De interregno Auſtriaco. - - - - - - 353

SECTIO II. Scriptores hiſtorici gentis Habsburgicae, a Rudolpho I. Auguſto,

Digitized by Google

Pag.

ad Philippum I. *Pulchrum.* - - - - - - 357

CAPVT I. De Rudolpho I. Auguſto. 357

§. 1. De vita et rebus geſtis Rudolphi I. Auguſti. - 357

§. 2. De uxoribus et prolibus Rudolphi I. Auguſti. - - - - - - - 367

CAPVT II. De Alberto I. *Triumphatore* Auguſto. - - - 370

§. 1. De vita et rebus geſtis Alberti I. Auguſti. - - 370

§. 2. De uxore et prolibus Alberti I. Auguſti. - - 372

CAPVT III. De Friderico I. *Pulchro*, Auguſto. - - - 375

§. 1. De vita et rebus geſtis Friderici I. Auguſti. - 375

§. 2. De uxore et prolibus Friderici I. Auguſti. - 379

CAPVT IIII. De Alberto II. *Contracto*, ſeu *Sapiente*. - 381

§. 1. De vita et rebus geſtis Alberti II. - - - - - 381

§. 2. De uxore et prolibus Alberti II. - - - - - 382

CA-

Digitized by Google

Pag.

CAPVT V. De Alberto III. *Cumtrica.* - - - - - - - 393
§. 1. De vita et rebus geſtis Alberti III. - - - - 393
§. 2. De uxoribus et filio Alberti III. - - - 394
CAPVT VI. De Alberto V. *Honorifico*, Auguſto. - - 395
§. 1. De vita et rebus geſtis Alberti V. Auguſti. - 395
§. 2. De uxore et prolibus Alberti V. Auguſti. - 397
CAPVT VII. De Ladislao *Poſthumo.* 400
§. 1. De vita et rebus geſtis Ladislai. - - - - - 400
§. 2. De ſponſa Ladislai - 406
CAPVT VIII. De Friderico V. *Placido*, ſeu *Pacifico*, Auguſto. - - - - - - - 408
§. 1. De vita et rebus geſtis Friderici V. Auguſti. - 408
§. 2. De uxore et prolibus Friderici V. Auguſti. 422
CAPVT VIIII. De Maximiliano I. Auguſto. - - - - - 425

Digitized by Google

Pag.

§. 1. De vita et rebus gestis Maximiliani I. Augusti. 425

§. 2. De uxoribus et prolibus Maximiliani I. Augusti. 455

CAPVT X. De Philippo I. *Pulchro.* 464

§. 1. De vita et rebus gestis Philippi I. - - - - - 464

§. 2. De uxore et prolibus Philippi I. - - - - - 466

Digitized by Google

BIBLIOTHECAE
GERMANIAE AVSTRIACAE
PARS SECVNDA
HISTORICA.

LIBER PRIMVS.
SCRIPTORES HISTORICI PROVINCIARVM GERMANIAE AVSTRIACAE.

CAPVT I.
SCRIPTORES HISTORICI GENERALES.

INgens historicorum Auſtriacorum pelagus mihi plenis velis emenſuro, a fontibus ipſis generalibusque ſubſidiis initium ducendum

Digitized by Google

esse videtur. Praetereo autem de industria monimenta illa vetera et peregrina, Romanorum aeque ac Graecorum, in quibus, ὡς ἐν παρόδῳ solum, nonnulla ad universam, qua late patet, Germaniam Austriacam pertinentia, referuntur. Quamobrem nullus hic C. IVLIO CAESARI, VELLEIO PATERCVLO, C. CORNELIO TACITO, AMMIANO MARCELLINO, DIONI CASSIO, aliisque eius generis historicis locus, quorum opera cl. IOAN. ALB. FABRICIVS *bibliothecis* suis tam *Graeca* quam *Latina*, omnium adcuratissime recenset. Nulla quoque *Germanicarum rerum scriptorum* generalium, quantumvis domesticorum, de quibus *bibliotheca Struvio-Buderiana* uberrimam sane notitiam suppeditat, habebitur ratio; sed eorum dumtaxat, qui, dum scriberent, res Austriacas principe loco, de consulto prae oculis habuerunt. Quod dum pro viribus praestare conabimur, telam nostram ab illis ordiemur, qui auctores patriae nostrae historiam illustrantes, felici conatu in *corpora* velut & COLLECTIONES quasdam redegerunt, prelo-

que

Digitized by Google

que commiſſos in lucem publicam protulerunt.]

Atque hos inter *primus*, et merito quidem ſuo laudari meretur cl. HIERONYMVS PEZIVS Auſtriacus Ipſenſis, S. ordinis S. Benedicti monaſterii Mellicenſis profeſſus, et a fratris ſui germani, cl. *Bernardi*, obitu bibliothecae praefectus, qui *Scriptores rerum Auſtriacarum veteres ac genuinos*, quotquot ex Auſtriae vicinarumque provinciarum bibliothecis et tabulariis, decumano labore perluſtratis, aut primum in lucem vindicari, aut ex Mſs. codicibus auctiores et emendatiores edi potuerunt, voluminibus tribus in fol. orbi erudito obtulit, et neceſſariis notis, obſervationibus, animadverſionibus que illuſtravit.

Tomus I. Lipſiae anno 1721 editus (*a*) eos potiſſimum ſcriptores continet, qui res a prima gentis Auſtriacae origine usque ad ſaeculum XIIII. in republica et eccleſia praeclare ac ſancte geſtas, narrationes etiam genealogicas veterum

(*a*) [Agunt de hoc primo tomo fuſiſſime, non ſine laude Pezii, acta eruditorum Lipſienſia calendis Auguſti anno 1721.]

Digitized by Google

Austriae Marchionum et Ducum stirpis Babenbergensis complectuntur. Accedunt antiqua et originaria monumenta, ex libris Mss. depromta, quibus non solum Austriacae, sed etiam adsitarum provinciarum historiae antiquae lux amplior accenditur et conciliatur. (*a*).

Operi ipsi, quod Carolo VI. Aug. nuncupatum est, *sex* eruditae *dissertationes* prooemiales praemittuntur, in quibus de variis, et ad penitius cognoscendam historiam Austriacam necessariis capitibus disputatur.

Et *prima* quidem occasionem, consilia, institutum, rationem, adminicula, ordinemque praesentis operis exponit.

Secunda de varia pro ratione temporum Austriae nomenclatura differit. (*b*)

Ter-

(*a*) [In huius collectionis recensione plerumque verbis Pezianis usi sumus, propterea quod auctoris purpurae lacinias nostras adsuere, indignum nobis videbatur.]

(*b*) [Eiusdem nominis στεμμάν sollicite inquirit cl. CONST. FLORIAN. DE KAVZ in dissertatione, quam *parte* prima *pag.* 4. *not.* a. laudavimus, Viennae primum a. 1760, tum secundis curis anno 1771, in 4to excusa, hoc

Digitized by Google

Tertia antiquos Auſtriae populos et incolas indagat.

Quarta de iis agit, qui chriſtianam religionem primum in has oras importarunt, aut ſtudioſius propagarunt.

Quinta inquirit, quo aerae chriſtianae anno Leopoldus I. cognomento Illuſtris, veterum Auſtriae Marchionum et Ducum, ſtirpis Babenbergenſis, pater et auctor, Auſtriae principatum adierit? tum a quo Romanorum Imperatore eumdem conſequutus fuerit? ubi et de Adalberto ſeu Alberto, Comite Babenbergenſi, iuſſu Ludovici III. Imperatoris decollato.

Sexta denique demonſtrat: Leopoldi V. Auſtriae Marchionis, vulgo Pulchri, eiusque fratris Alberti, cognomento Levis, flagitium inceſtum, quo ſcilicet alter alterius coniugem per vim polluerit, meram putam eſſe fabulam,

hoc titulo: *Veber das Wort Oeſterreich eine vorläufige Abhandlung zur öſterreichiſchen Geſchichte.* Eodem pertinet BARTHOL. LATOMI elegia de *Auſtriae nomine* ad Carolum V. Aug. Argentorati 1527. in 4.]

Digitized by Google

a sequioris temporis scriptore (*a*) confictam.

[Has dissertationes scriptores ipsi longo ordine excipiunt, singuli observationibus eruditis praemuniti, in quibus, quod cuivis nomen, quae aetas fuerit, quidque praeterea dignum memoria gesserit? disputatur. Sunt autem sequentes:

1. *Auctoris incerti* breve *chronicon Laureacensium* et *Patavienſium* archiepiscoporum et episcoporum; *Columna* 5.

2. ANONYMI *poëtae* vetustissimi versus *de ordine comprovincialium pontificum*, ubi et de primis episcopis Patavienſibus; *col.* 9.

3. ANONYMI *indiculus* pervetustus eorumdem *Patavienſium antiſtitum*, a Wivilone usque ad Conradum, S. Leopoldi filium. *col.* 11.

4. ANONYMI *indiculus* alius, itidem antiquus, eorumdem *Patavienſium episcoporum*, a Wivilone usque ad Bernardum perductus. *col.* 12.

5.

(*a*) [Quem *Ioannem Enenkel* esse, PEZIVS clare demonstrat.]

Digitized by Google

5. ANONYMI recentior *catalogus* Laureacenſium et *Patavienſium pontificum*, a Wivilone usque ad Erneſtum; *col.* 15.

6. ANONYMI *vita S. Maximiliani* Laureacenſis archiepiſcopi et martyris; *col.* 22. (*a*)

7. ANONYMI *vita S. Floriani*, principis officii et martyris. *Col.* 36.

8. ANONYMI *alia vita S. Floriani*, cui accedunt veteres duo *hymni* ac totidem *orationes* de eodem ſancto. *Col.* 39.

(*a*) [Memoratu digna ſunt, quae vitae iſtius ſcriptor de amplitudine dioeceſis quondam Laureacenſis num. 1 et 24. prodidit: „*Cuius provinciae*, verba illius ſunt, *termini* „*fuiſſe dicuntur, ab oriente foſſatum Villanum*, „*quod a mari Mediterraneo per Liburniam et* „*Pannoniam dividens ipſas Pannonias et Moe-* „*ſias, usque ad mare Oceanum per lacum Pel-* „*ſchidis currit. Ab occidente vero flumen Li-* „*cos, quod Germani Lech appellant, et per* „*Moeſias occidentales Napa, Ekra, et Odrita* „*flumina, quae vulgares aſſidentes eisdem Nab,* „*Egr, Odram, Odor nominant. A meridie vero* „*Liburnia, quam Drava flumen percurrit. Ab* „*Aquilone autem Wandalus, Pelſa lacus, et* „*Teizla flumen.*„]

Digitized by Google

9. ANONYMI *vita S. Floriani* metrice scripta, cum *rhythmo* pervetusto de eodem; *col.* 53.

10. EVGIPII *vita S. Severini* monachi et Noricorum apostoli; *col.* 64.

11. ERCHENFRIDI abbatis Mellicensis *vita S. Colomanni* martyris. Adiunguntur veteres hymni, sequentiae, et collectae de eodem sancto; *col.* 97.

12. IOANNIS STABII carmen Sapphicum de *martyrio S. Colomanni*, continuatum ab anonymo forte aliquo Mellicensi; *col.* 106.

13. BERNARDI DAPIFERI coenobitae Mellicensis *vita beati Gothalmi* peregrini; *col.* 110.

14. ANONYMI *vita beati Altmanni* episcopi Patauiensis; *col.* 115.

15. RVBERTI abbatis Gottwicensis *vita B. Altmanni* episcopi Patauiensis; *col.* 138.

16. *Chronicon monasterii Mellicensis* ab anno primo aerae Christi ad annum eiusdem 1564, ab ANONYMO eiusdem loci vel abbate, vel coenobita anno Christi 1123 scribi coeptum, et deinceps ab aliis coaetaneis Mellicensibus ad finem usque perductum; *col.* 166.

17.

Digitized by Google

17. CONRADI I. DE WIZENBERG, abbatis Mellicenſis, breve chronicon Auſtriacum, ſtemma resque geſtas veterum Auſtriae Marchionum, et Ducum, ſtirpis Babenbergicae a Leopoldo I. cognomento Illuſtri, usque ad Leopoldum VI. dictum Virtuoſum complectens; *col.* 290.

18. ANONYMI *hiſtoria fundationis* monaſterii *Mellicenſis*; *col.* 297.

19. *Necrologium Mellicenſe* vetus; *col.* 304. (*a*)

20. *Inſcriptio lapidis ſepulchralis*, quo veterum *Auſtriae Marchionum*, eorumque *coniugum* corpora *in Monaſterio Mellicenſi* condita, quondam tegebantur, additis utrorumque epitaphiis; *col.* 313.

21. *Chronicon Salisburgenſe* a primo anno aerae chriſtianae ad 1398, ab ANO-

(*a*) [Adnotat in obſervatione praevia PEZIVS: ſaeculis XII. & XIII. coenobitas Benedictinos, et ſpeciatim Mellicenſes Hieroſolymas religionis ergo proficiſci ſolitos, paſſim *Hieroſolymipetas* vocitatos fuiſſe. Explicat praeterea, quinam illi *fratres* et *ſorores*, de quibus fit mentio, coenobitarum Mellicenſium fuerint, et qui ea aetate *incluſi* dicerentur?]

Digitized by Google

NYMO Salisburgenſi canonico ſaeculo XII. ſcribi coeptum, tum ab aliis coaetaneis, in primisque WEICHARDO DE POLHAIM poſtea archiepiſcopo Salisburgenſi continuatum demum ab anonymis monaſterii S. Petri pertextum; *col.* 317. (*a*)

22. *Chronicon Clauſtroneoburgenſe* ab anno 213 ad 1348, iis conſulto reſectis, quae ante annum Chriſti 988 in eo referuntur, nec ad hiſtoriam Auſtriacam quidquam adcommodatum continent. *col.* 436.

23. *Necrologii Clauſtroneoburgenſis* excerpta; *col.* 492.

24. ANONYMI *vita B. Hartmanni* ex Praepoſito Clauſtroneoburgenſi ord. Can. Reg. S. Auguſt. epiſcopi Brixinenſis; *col.* 497.

25.

(*a*) [Neſcio, qua de cauſſa, praeter conſtantem ceterorum hiſtoricorum traditionem, chronici huius continuator, ſub finem anni 1364 in *Rudolphum* IIII. Auſtriae Ducem piiſſimum, velut *infenſiſſimum clero* Principem acerrime invehatur, eumque paſſim *cleri perſecutorem* nec non *paternae fundationis et miſſarum perpetuarum devaſtatorem* probroſe adpellet?]

Digitized by Google

25. *Chronicon Zwetlenſe* vetuſtius ab anno Chriſti 1077 ad 1169; cui additum fragmentum hiſtoricum de fundatoribus monaſterii Zwetlenſis; *col.* 520.

26. *Chronicon Zwetlenſe* recentius a Chriſto nato ad annum usque 1349; cum additamentis ab anno 1349 ad 1457; *col.* 528.

27. *Chronicon Auſtriacum* ab anno Chriſti primo ad 1189; ſecluſis vulgaribus et inutilibus, quae annum Chriſti 1012 praecedunt, minimeque ad hiſtoriam noſtratem ſpectant; *col.* 548.

28. ANONYMI narratio *de electione Lotharii* Ducis Saxoniae in Imperatorem Romanorum, Moguntiae habita anno 1125. Vbi de S. Leopoldo Auſtriae Marchione, delatam ſibi Imperii dignitatem recuſante; *col.* 570.

29. *Narratio genealogica poſterorum S. Leopoldi* Auſtriae Marchionis; *col.* 574.

30. FRANC. PATAVI iurisconſulti *oratio* de *S. Leopoldo* Auſtriae Marchione, ſedente Innocentio VIII. P. M. et Friderico III. Imp. ſuadente, XII. cal. Decembris anno 1484, publico in conſiſtorio habita; *col.* 577.

31.

Digitized by Google

31. IOANNIS FRANC. DE PAVINIS de Padua *summarium canonizationis* S. Leopoldi; *col.* 593.

32. INNOCENTII VIII. P. P. *bulla* de canonizatione S. Leopoldi; *col.* 673.

33. *Orationes*, *sequentia*, et *hymnus* de S. Leopoldo; *col.* 679.

34. *Auctoris incerti* breve *chronicon Austriacum*, res a veteribus Austriae Marchionibus et Ducibus, stirpis Bambergicae, gestas usque ad Rudolphum I. Caesarem complectens; *col.* 684.

35. BERNARDI NORICI coenobitae Cremifanensis *chronicon* Austriacum, ab eiusdem gentis origine usque ad annum Christi 1308 perductum; *col.* 690.

36. *Necrologium monasterii* B. M. V. vulgo *ad Scotos* Viennae Austriae, ex editione IOANNIS RASCHII anno 1584 curata, recusum; *col.* 699.

37. PALTRAMI seu VATZONIS, consulis Viennensis *chronicon Austriacum*, a primo aerae christianae anno ad 1301, indeque A NICOLAO VISCHEL coenobita San-Crucensi in Austria inferiore usque ad an. 1310 deductum, denique ab alio ad an. 1455 continuatum; resectis tamen iis omnibus, utpote vulgaribus

Digitized by Google

ribus et paſſim aliunde iam notis, quae anno 1082 praemittuntur; *col.* 707.

38. *Hiſtoria inventionis SS. reliquiarum* duorum anonymorum ſanctorum ad D. Hippolyti in Auſtria; *col.* 744. (*a*)

39 ANONYMI LEOBIENSIS *chronicon* libris ſex comprehenſum, a Chriſto nato ad annum 1343. Exordium huius chronici, hiſtoriam ab ortu Salvatoris ad ann. 677 continens, et primi quoque libri initium ad an. 935, quo prima rerum Auſtriacarum fit mentio, a PEZIO omiſſum eſt, propterea quod proletaria et vulgatiſſima, magnam partem incerta, ac plerumque mendis gravioribus referta contineret. Sub finem adiungitur IOANNIS SCHOENFELDER latina anni 1345 et 1346, et ANONYMI germanica anni 1347 continuatio; *col.* 755.

40.

(*a*) [In obſervatione praevia huius hiſtoriae PEZIVS de vetuſtiſſimi collegii Canonicorum Regul. ad S. Hippolytum fundatione uberrime doctiſſimeque diſſerit.]

Digitized by Google

40. ANONYMI ZWETLENSIS coenobitae *chronicon Austriae* ab anno 928 ad 1386; *col.* 974.

41. ANONYMI *narratio* de proelio Fridericum Pulchrum inter et Ludovicum Bavarum habito anno 1322 lingua vernacula; *col.* 1002.

42. LADISLAI SUNTHAIM de Ravenspurgk tabulae *Clausteroneoburgenses* de primis Austriae Marchionibus et Ducibus, stirpis Babenbergicae eorumque coniugibus et liberis; operam conferente R^mo D. IACOBO Praeposito Clausteroneoburgensi, ad editionem Basileensem anni 1491 in fol. lingua vernacula; *col.* 1005.

43. MATTHAEI vel GREGORII HAGENI germanicum *Austriae chronicon* a condito mundo ad an. 1398 perductum, detractis iis, utpote plane inutilibus et fabulosis, quae ab exordio mundi ad origines Austriacas, et a ridiculis admodum a fictitiis patriae nostrae, Principumque illius vetustissimorum initiis, usque ad tempora Adalberti seu Alberti I. Austriae Marchionis commemorantur; *col.* 1051.

Digitized by Google

44. *Appendix* ad chronicon praecedens ab anno 1365 ad annum 1493. lingua partim latina partim germanica ſcripta; *col.* 1159. (*a*).

45. VITI ARENBECKII *chronicon Auſtriacum* a fabuloſis noſtrae gentis primordiis (*b*) usque ad tempora Friderici III. Auguſti productum; *col.* 1174 (*c*).

46.

(*a*) [Aliam appendicem ad Hageanum ineditam adhuc, cl. DVELLIVS in *antiquitatibus Germanicis* paulo poſt indicandis, a ſe vulgatum iri promiſerat.]

(*b*) [Omiſiſſet PEZIVS et haec, quemadmodum in Hageno praeſtitit, conficta Auſtriae initia, niſi mentem aliam cl. *Bernardus*, frater eius germanus, iniecciſſet; qui non penitus diſſimulandas eſſe, quas in domeſtica hiſtoria maiores noſtri commenti fuiſſent fabulas, contendebat, propterea quod non ſolum eruditis ſaepenumero iucundum eſt, veterum quaecunque demum commenta pernoſcere, verum etiam eorum deſiderio ſatisfieri nonnunquam debet, qui in cuiusque gentis hiſtoria ignorare nihil volunt.]

(*c*) [Perdocte confutat editor, obſervatione praevia, auctores illos, qui Fridericum Pulchrum

Aug.

Digitized by Google

46. BERNARDI NORICI Cremisanensis coenobitae *chronicon Laureacensium* et *Patavienſium* episcoporum; *col.* 1297.]

Tomus II. quo potissimum scriptores de rebus a prima gentis Austriacae origine usque ad saeculum XVI. gestis continentur etc. Lipsiae an. 1725 evulgatus, sequentia opera complectitur:

[1. ANONYMI *vitam B. Adalberonis* episcopi Herbipolensis, et fundatoris coenobii *Lambacenſis* ord. S. Benedicti in Austria supra Anasum; addito *miraculorum* eiusdem sancti libello; *col.* 5.

2. *Vitam* metricam illius ab incerto auctore scriptam, cum veteri *hymno antiphona*, *collecta*, et *epitaphiis* huius S. Pontificis, nec non *bulla* ALEXANDRI III. P. M. monasterio Lambacensi concessa; *col.* 39.

3. *Catalogum abbatum Lambacenſium* ab Ekkeberto, usque ad Conradum, qui sub annum 1289, eidem loco praefuit; *col* 45.

4. BERNARDI NORICI *catalogum abbatum Cremifanenſium* praetermissis paucis

Aug. a Ludovico Bavaro ea conditione captivitate dimissum fuisse asserunt, ut Regium nomen abiuraret.]

Digitized by Google

culis auctoris locis minoris momenti; *col.* 51.

5. BERNARDI eiusdem *chronicon Bavariae*; *col.* 63.

6. ANONYMI aliud *chronicon Bavariae*; *col.* 73.

7. *Vitam* B. *Bertholdi* I. abbatis coenobii *Garſtenſis*, ord. S. Benedicti in Auſtria ſupra Anaſum; *col.* 86.

8. *Vitam* aliam eiusdem B. *Bertholdi*; *col.* 130.

9. *Epitaphia*, *hymnos*, *& orationes* de eodem beato abbate Garſtenſi; *col.* 136.

10. *Excerpta* ex veteri *chronico Garſtenſi*; *col.* 143. (*a*)

11. *Chronicon* monaſterii *Admontenſis* ab anno primo aerae chriſtianae ad 1250, ab anonymo vel abbate vel coenobita loci eiusdem anno 1205 conditum, ac poſtea ab aliis contemporaneis ad calcem perductum; *col.* 150.

12. *Excerpta* ex duobus pervetuſtis *necrologiis Admontenſibus*; adiecto *carmine* antiquitate venerando, de *abbatibus Admontenſibus*; *col.* 198.

(*a*) [Praemiſit cl. *PEZIVS* eruditam de exordiis Garſtenſibus primisque eius incolis disquiſitionem.]

Digitized by Google

13. EYNWICI Praepositi San-Florianensis *vitam* venerabilis *Wilbirgis*, virginis inclusae San-Florianensis; *col.* 216. (*a*)

14. *Vitae* eiusdem *Wilbirgis* compendium; *col.* 276.

15. *Catalogum abbatum Gottwicensium* ab Hartmanno usque ad Michaëlem Herrlich, i. e. ab anno 1094 ad 1604; *col.* 281.

16. ANONYMI poëma germanicum vetus, de *historia fundationis parthenonis S. Bernardi*; *col.* 288.

17. GVNDACHERI Seittenstettensis abbatis ord. S. Benedicti in Austria infer. *historiam fundationis* monasterii eiusdem, unacum *abbatum catalogo*; *col.* 303.

18. *Catalogum abbatum Altenburgensium*; *col.* 319.

19. *Historiam fundationis* Collegii Hospitalensis ad Pirum montem, quae *idyllion* CASPARIS BRVSCHII de huius Canoniae origine, succinctum *catalogum Hospitaliorum* & *Decanorum* olim, nunc *Praepositorum*, breves denique *adnotationes* historicas de qui-

(*a*) [Haec vita cum Waldhusiano codice collata est, parumque differt ab illa: quam a BERN. PEZIO, ad codicem Mellicensem exactam annoque 1715. Aug. Vind. in 4to. editam, P. I. L. II. C. II. §. 1. pag. 127. laudavimus.]

Digitized by Google

quibusdam *Epiſcopis Bambergenſibus* continet; *col.* 325.

20. *Catalogum abbatum Glunicenſium*; *col.* 328.

21. LEOPOLDI BRENNERI, Prioris Maurbacenſis, *hiſtoriam carthuſiae* eiusdem; *col.* 338. (*a*)

22. ANONYMI carthuſiani Gemnicenſis *Chronicon Alberti* II. vulgo: *Contracti*, Ducis Auſtriae; cui adiunctum eſt *fragmentum* hiſtoricum *de quattuor Albertis* Auſtriae Ducibus; *col.* 372.

23. *Hiſtoriam de particula S. Crucis* Mellicenſis. Additum eſt breve *carmen* de *Tartarorum* in Hungariam Auſtriaeque fines *irruptione* anno 1242 facta; itemque *leſſus*

(*a*) [Confirmatur ex hac BRENNERI hiſtoria, quod ſupra ad VITI ARENBECKII *chronicon* notatum eſt, Fridericum Pulchrum Aug. nunquam Regis Romanorum titulum eiuraſſe. Notatu praeterea dignum Friderici *teſtamentum* eſt, cuius excerpta BRENNERVS operi ſuo inſeruit; integrum vero et authenticum, cum aliis diverſis illud ſpectantibus antiquis documentis, ad ſupplendam illorum temporum hiſtoriam plurimum conferentibus, in carthuſiae huius tabulario depoſitum fuit.]

Digitized by Google

duo in *obitum Friderici* II. Austriae Ducis, ab Hungaris in praelio caesi; *col.* 389.

24. *Excerpta* ex vetustiori *chronico* coenobii *Weichenstephanensis* in Bavaria; *col.* 401.

25. CONRADI *Schyrensis* coenobitae *catalogum* Romanorum *Pontificum* & *Imperatorum*, omissis tamen iis, quae annum Christi 1100 praecedunt, tanquam proletariis et maximam partem fabulosis; *col.* 407.

26. ANONYMI *chronicon Ludovici* IIII. Imperatoris; *col.* 415. (*a*)

27. Breve *chronicon Bavaricum* ab anno 1412 ad 1454; *col.* 425.

28. ANONYMI *chronicon Salisburgense* a S. Ruperto ad an. 1495; *col.* 427.

29. WOLFGANGI de STYRA Mellicensis *itinerarium* ab anno 1414. ad 1484; *col.* 447.

30. Breve *chronicon* monasterii *Stamsensis* in Tiroli; *col.* 457.

31. ANONYMI *Mellicensis* breve *chronicon Austriae*; *col.* 461.

32 ANONYMI *Rotensis* ad Oenum breve *chronicon*, ab anno 1482 ad 1485; *col.* 467.

33.

(*a*) [Quo animo hic auctor in Austriacos fuerit, manifeste ostendit, dum quodam loco scribit: „ *Sed de Australibus hoc dico: ipsos parum diligo, nec multum curo, quia nunquam fideles habiti vel inventi sunt in testamento suo* „]

Digitized by Google

33. ANONYMI *Tegernſeenenſis* breve *chronicon Auſtriae*; *col.* 469.

34. *Necrologium* R. R. P. P. Minorum *Conventualium Viennenſium*; *col.* 471.

35. *Statuta ſynodi San - Hippolytenſis* in Auſtria anno 1274; *col.* 519.

36. ANONYMI brevem *narrationem* de nefanda *haereſi Adamitica* in variis Auſtriae locis ſaeculo XIIII. graſſante; *col.* 533.

37. Excerpta ex *chronico univerſali* IOANNIS ENNENKEL ſoluta partim, partim ligata oratione vernacula ſcripto; *col.* 538.

38. ANONYMI *Viennenſis* breve *chronicon Auſtriacum* ab anno 1402 ad 1443, latina partim, partim germanica lingua exaratum; *col.* 547.

39. *Narrationem* germanica lingua ſcriptam, *captivitatis Maximiliani I.* Imperatoris apud Brugenſes; *col.* 551. (*a*)

40. *Fragmentum hiſtoricum* de *Blanca*, altera *Maximiliani* I. coniuge; *col.* 555.

41. *Inſtrumentum compoſitionis* inter *Fridericum* Imp. vulgo III, et *Hungaros* ac *Auſtria-*

(*a*) [Cl. RAIMUNDO DVELLIO, qui eamdem narrationem, aliquibus tamen locis a Peziana diverſam, libro I. *miſcellaneorum* publici iuris fecit, auctor illius videtur eſſe quidam IOANNNES ROLLIVS e familia Maximiliani Aug. ad Belgas profecti.]

Digitized by Google

ſtriacos initae, anno 1453 lingua germanica ſcriptum; *col.* 557.

42. *Ordinationem ingreſſus Friderici* Imp. vulgo III. *in Vrbem*, lingua itidem vernacula exaratam; *col.* 561.

43. NICOLAI LANCKMANNI de VALCKENSTEIN *hiſtoriam deſponſationis* et *coronationis Friderici* III. et coniugis ipſius *Eleonorae*; addito *diplomate* germanico Eleonorae Auguſtae pro auctore; *col.* 571.

44. AVGVSTINI PATRICII Senenſis *deſcriptionem adventus Friderici* III. Aug. ad Paulum II. P. M; *col.* 609.

45. MARTINI, Scotorum Viennae abbatis, *Senatorium*, ſive dialogum hiſtoricum; *col.* 625.

46. ANONYMI *hiſtoriam* de *morte* et eventibus *Alberti* Romanorum, Hungariae, Bohemiae Regis, nec non Auſtriae &c. Ducis; *col.* 675.

47. ANONYMI *leſſum* germanicum *in obitum Ladislai* Poſthumi; *col.* 679.

48. THOMAE EBENDORFFERI de HASELBACH *chronicon Auſtriacum* libris V. comprehenſum, ab eiusdem gentis origine ad annum usque 1463 perductum, praetermiſſo tamen libro I, itemque magnam partem libro II, utpote men-

Digitized by Google

mendis quam plurimis depravato, inſulſisque fabulis reſperſo; *col.* 689.

49. *Narrationem* de *provincialium* Auſtriae *diſſenſione* poſt obitum Maximiliani Aug. orta Viennae, et quae ſubſequuta ſunt, ſereniſſimo Principe Ferdinando Auſtriae provincias moderante, anno 1522; *col.* 987.

50. NEPLACHONIS, Opatovicenſis in Bohemia monaſterii abbatis, *chronicon Bohemiae* ab eiusdem gentis origine usque ad tempora Caroli IIII. Aug; *col.* 1007. (*a*).

51. CHRISTOPHORI HOFFMANNI ord. S. Benedicti Ratisbonae ad S. Emmeramum coenobitae, *chronicon Bohemiae* germanicum a gentis primordiis ad an. Chriſti 1320 perductum; *col.* 1044.

52. ANONYMI breve *chronicon Bohemiae*; *col.* 1012.]

Tomus III. Ratisbonae anno 1745 procuſus, exhibet OTTOCARI HORNECK rhythmicum *Auſtriae chronicon* ab exceſſu Friderici II. Imp. id eſt: ab anno

(*a*) [Quum res Bohemiae cum Auſtriacis arctiore nexu coniunctae ſint, non dubitavit cl. PEZIUS ſequentia quoque chronica, tenebris hucusque conſepulta in lucem proferre, et ſcriptoribus patriis adiungere.]

Digitized by Google

no 1250, ad annum 1309 perductum, quo potiſſimum Rudolphi I. Alberti I. Augg. et Friderici Pulchri Auſtriaci geſta, res etiam Styriacae, Carinthiacae, Bohemicae, Hungaricae, Bavaricae, Salisburgenſes, aliarumque nationum lingua germanica enarrantur. [Additur ſub finem *gloſſarium* utiliſſimum, ſummaque cura a cl. PEZIO ſcriptum, quo germanicae voces obſcuriores et obſoletae, in laudato chronico occurrentes, dilucide explanantur.

Tomus IIII, quem clariſſimus auctor prelo paratum, poſt mortem reliquiſſe fertur, editorem praeſtolatur. (a)

Idem

(a) [Conſimilem ſcriptorum rerum Auſtriacarum collectionem HIERON. MEGISERVS quoque dudum edere meditatus eſt. Nam in praefatione, quam IOANNIS ENNENKEL *Fürſtenbuch von Oeſterreich und Steyerland* anno 1618 Lincii primum edito, praemiſit, ita ſcribit: „*Alſo habe ich mich vor dieſem, meiner geringfuegheit, all fleiſs underfangen, die beſten und bewertiſten rerum Auſtriacarum Scriptores, alte und uewe, deren thails auch nicht mehr zubekommen, in lateiniſcher und Teutſcher Sprach zuſammenzubringen: darmit ſolche coniunctim in einem Corpore, nämblich die latei-*

„*ni-*

Digitized by Google

Idem doctiſſimus vir promiſit quidem, attamen, quibus neſcio, impedimentis retardatus, nusquam evulgavit *Auſtriam diplomaticam*, ſingulari volumine in lucem proferendam. Etenim *S. R. A. tom. I. diſſert. proœmial.* I. §. 9. ita ſcripſerat: „ *Diplomata, privilegiorum, donationum* „ *etc. chartae,* quae Marchionum, Ducum, „ Archiducum, et Imperatorum, e „ familiis Auſtriacis oriundorum, ex„ terorum quoque principum virorum, „ epiſcoporum, et optimatum interven„ tu in noſtrarum eccleſiarum gratiam „ et commodum diverſis temporibus „ condita fuerunt, in tribus prioribus „ noſtris voluminibus perpauca occur„ rent, propterea quod omnia huius „ generis monumenta, quorum vim in„ gentem ex diverſis tabulariis et biblio„ thecis collectam penes nos adſerva„ mus, ſingulari volumine ſub *Auſtriae* „ *diplomaticae* titulo, ſi vita, otium, et „ vires ſuppetent, cum erudito orbe „ communicare decrevimus: non prae„ termiſſis quam plurimis epiſtolis, quae

„ *niſoben in beſondern Tomis, die Teutſchen auch* „ *in einem Volumine, wol correct möchten in* „ *Truk gebracht werden.* „]

Digitized by Google

„ a nostris itidem Principibus, vel ad „ eosdem ab aliis, ab episcopis quoque „ ac coenobiorum praesulibus ad diver- „ sos exaratae fuerunt. „ (a)]

Secunda collectio debetur cl. RAIMVNDO DVELLIO Can. Reg. S. Augustt. et bibliothecario Sand-Hippolytensi, qui varia Austriae monumenta ex codicibus MSS. collegit, et ex his *miscellaneorum libros duos* Augustae Vindelicorum typis dedit, quorum *primus* an. 1723, *secundus* an. 1724 in 4to lucem vidit. [Habentur autem in hac pertutili collectione opuscula sequentia: (b).

Tomo I. 1. F. ARNONIS *scutum Canonicorum* Regularium, quo eorum consuetudines ac disciplina, quae circa dimidium saeculi XII. viguit, copiose declaratur. *Pag.* 1.

2. *Chronicon breve Waldhusanum* ab anno 1148 ad 1170. Additus est Praepositorum huius canoniae elenchus ab Henri-

(a) [Vid. nova litteraria Lipsiensia germanica anni 1721 pag. 509.

(b) Praemissa cuivis libro seu tomo est ab editore observatio, quae singulorum monumentorum in illo contentorum auctorem, locum, aetatem manuscripti, aliaque eo facientia uberrime edocet.]

Digitized by Google

rico I. ad Conradum Schratt, anno 1530 defunctum. *Pag.* 55.

3. Magiſtri PAVLI presbyteri S. Nicolai prope Patavium, *ſumma de poenitentia. Pag.* 59.

4. Antiqua *ſtatuta canonicorum Regularium* metrice ſcripta, cum gloſſis. *Pag.* 84.

5. *Charta fundationis* collegii *Ardacenſis* (*a*) Henrici III. Aug. de anno 1049. *Pag.* 105.

6. *Statuta Ardacenſia* ob exortas lites inter Praepoſitum Cunradum, Com. de Schaumberg, et canonicos Ardacenſes anno 1356 condita. *Pag.* 108.

7. PETRI de ALVAROTIS *oratio* coram *Ruperto* Rege Romanorum, nomine totius univerſitatis Patavinae anno 1401 habita. *Pag.* 129.

8. M. MATTHAEI de CRACOVIA duae *collationes*, factae coram D. Papa anno 1403, pro *coronatione Ruperti* Regis Romanorum. *Pag.* 138.

9. *Charta fundationis* monaſterii B. V. Mariae in *Tirnſtain* de anno 1410. *Pag.* 155.

10.

(*a*) [Inſeruntur obſervationi praeviae veterum *Praepoſitorum* plerorumque *notitiae hiſtoricae* ex authenticis monumentis depromtae.]

Digitized by Google

10. HONORII ARTHOFER Praepoſiti in Tirnſtain *enchiridion rerum memorabilium* huius canoniae. *Pag.* 161.

11. *Necrologium* vetus monaſterii *Tirnſtainenſis*. *Pag.* 164. (*a*)

12. *Conſtitutiones ſororum poenitentium S. Mariae Magdalenae*. *Pag.* 168.

13. *Conſtitutiones Sororum S. Mariae Magdalenae*. *Pag.* 181.

14. Charta *reformationis monaſterii S. Mariae Magdalenae* an. 1434 lingua germanica ſcripta. (*b*) *Pag.* 199.

15. STEPHANI de LANZKRANNA, Praepoſiti collegio Can. Regul. ad S. Dorotheam Viennae, *reſponſio ad epiſtolam ſcrupuloſi*, qui timuit ordinari ab epiſcopo, quem reputavit ſimoniacum. *Pag.* 217.

16.

(*a*) [*Excerpta* paucula alius *necrologii* Tirnſtainenſis exhibet DVELLIVS in obſervatione praevia.

(*b*) Exſtitiſſe hoc monaſterium, ad quod praecedentes quoque conſtitutiones pertinuiſſe videntur, Viennae ante Scotenſem portam, ipſa charta expreſſis teſtatur verbis. „ *Das Erber* „ *Chloſter Sant Marie Magdalene bie vorn* „ *Schottentor gelegen.* „ Probabile vero eſt, illud paulo ante intentatam per Solymannum anno

Digitized by Google

16. Copia *inſtrumenti domus Sleſitarum* Viennae de an. 1473 (*a*) *Pag.* 221.

17. IOANNIS TROESTER ad Wolfgangum Forchtenauer, qui Friderico III. Aug. a ſecretis erat, *epiſtola* et *dialogus* de *remedio amoris*. Notulae ab auctore ipſo adiectae, notitiam celeberrimorum ea aetate virorum ſuppeditant. *Pag.* 227.

18. IOANNIS ROLLII *adnotationes chronicae* de Brugenſi captivitate Maximiliani I. Aug. germanica lingua exaratae. *Pag.* 246.

19. CHRISTOPHORI MILLERI de Prankenheim, Praepoſiti Sand-Hippolytenſis, *introductio in hiſtoriam canoniae* Hippolytanae. *Pag.* 260. (*b*)

20. *Appendix diplomatica* ex chartulariis Hippolytenſibus excerpta- *Pag.* 400.

Io-

anno 1529 obſidionem, ne moenibus ab viciniam nocumento eſſet, ſolo aequatum fuiſſe. Vid. LAZII *topograph. Vienn.* L. III.]

(*a*) [Vid. LAZIVS *l. c. L. II.*

(*b*) Praefationi inſerta eſt a DVELLIO doctiſſimi huius praeſulis *oratio*, ad Carolum III. Hiſpaniarum Regem, poſtea Imperatorem eius nominis VI, quum is Cellas Marianas anno 1703 petens, iter per Hippolytanam urbem faceret.]

Digitized by Google

ad 998; Austriae limites tuente Leopoldo Illustri, primo ex Babenbergica stirpe Marchione, qua *diploma* fundationis Ottonianum vindicatur; deinde eiusdem *series Praelatorum* ab anno 998 ad 1723; tum *bullae*, ac *diplomata* quaedam Pontificum, Imperatorum, et Archiducum Austriae pro canonia Andreana expedita. *Pag.* 368.

16. *Catalogus Abbatum* collegiatae *Canon. Regul.* S. Aug. ad S. Mariam in arena *ecclesiae Vratislavienſis*, ab illius primordiis ad annum 1720. (*a*) *Pag.* 437.

17. *Fragmentum chartularii Sand-Hippolytenſis* saec. XIII. *Pag.* 442.

Meditabatur cl. DVELLIVS et *tertium* miscellaneorum *librum* adiicere, cuius synopsis in *Parnasso Boico* Monachii anno 1725 edito, (*b*) evulgata fuit. Verum quo fato? nescio, liber, qui iam sub prelo esse ferebatur, lucem nusquam vidit.

Idem doctissimus vir aliam a se prolatum iri collectionem^r spopondit, hoc titulo: *Antiquitates Germaniae, praesertim Au-*

(*a*) [Observatio praevia succinctam historicam *sequentis fundationis* huius suppeditat.

(*b*) *Im* 126 *Bericht.*]

Digitized by Google

Auſtriacae, in ſuis fontibus exhibendae, eiusque recenſionem in pagella (*a*) anno 1736 in 4to typis dedit; ipſummet tamen opus

(*a*) [Et quum haec pagella in paucorum manibus iam nunc verosimiliter esse videatur, non ingratum fore eruditis existimo, si integram, uti tum evulgata fuit, fideliter hic recudendam curavero, quo clarius pateat, quales accessiones historia patriae ex hac collectione sperandas habuisset. En illam!

„ ANTIQVITATES GERMANICAE,
„ *Praesertim Auſtriacae, in ſuis fontibus (cum*
„ *Deo) exhibendae*

„ Ab Raymundo Duellio Can. Reg. S. Aug.
„ et Bibliothecario Sand-Hippolytenſi. 1736.

„ Chronicon Auſtriacum. *Editum a Cl. P. Hier.*
„ *Pezio, ſed ut ipſe notat ex Codice haud opti-*
„ *mae notae: nunc vero emendatius (praecipue*
„ *quod ad notas Chronologicas attinet,) prodit*
„ *ex Cod. Membr. MS. Bibliothecae inclyti Se-*
„ *natus Vindobonenſis.*
„ Annales Garſtenſes. *Nunc integri producuntur*
„ *ex MS. Garſtenſi.* Ine. *MC. Vrbanus Papa mori-*
„ *tur.*

Digitized by Google

opus publici iuris factum non eſt. Delituit illud autem, ignoto plane loco, usque ad annum 1780, quo poſt mortem cl. D. *Alberti Maderna*, bibliothecarii Hippolytenſis, univerſus eius apparatus, apographus partim, partim autographus ligneae ciſtulae incluſus, inventus fuit, atque hodie inter reliqua bibliothecae Hippolytenſis cimelia adſervatur.

Ab

„ *tur.* fin. *MCCCCX. Maximum bellum per Vla-*
„ *dislaum etc.*

„ Chronicon Saec. XV. *ex MS. Garſtenſi ab An.*
„ 1454, *ad An.* 1467. *dignum, quod edatur,*
„ *quod multa ab aliis non commemorata continet,*
„ *et circumſtantias diligenter enarrat Autor*
„ *coaevus.*

„ Appendix ad Chronicon Hagenianum. *Nunc*
„ *primum editur ex MS. Lunaelacenſi.*

„ Chronicon Auſtriacum. *Ex Biblioth. Wurmbrand.*
„ Inc. *Da von Chriſtes geburt ergangen ware*
„ 1025 *Iahr, Chunig Cunrad.* fin. &c 1283. *Chunig*
„ *Rudolfmacht etc. ex MS.*

„ Chronicon MS. Inc. *Pipinus auctoritate Stephani.*
„ fin. *Gregorius vero poſtquam ſe ſtare non*
„ *poſſe. etc.*

„ *Chro-*

Digitized by Google

Ab his *ſcriptorum Auſtriacorum collectionibus* ad DIPLOMATARIA, quae quidem

„ Chronicon *de Marchionibus Orient. vid. Auſtriae.*
„ Inc. *Marchia Auſtriae quondam terra etc.* fin.
„ *Ipſe Albertus Rom. Rex occiditur tandem etc.*
„ *ex MS.*

„ Kiliani Leib Prioris Rebdorff. Annales ſui tem-
„ poris ab An. 1502. ad An. 1594. *nunc primum*
„ *prodeunt ex Muſeo Editoris.*
„ Necrologium *antiquum Diezzenſe ex MS.*
ex chartis emortualibus totius
„ - - *Ord. Carthuſiani ex MS.*
„ - - *Minoritarum ad S. Crucem Viennae. Editum a cl. P. Hier.*
„ *Pezio, nunc vero additis ubique praecipuarum*
„ *familiarum Inſignibus comparet, ſecundis curis*
„ *P. Philiberti Hueber, p. m. Mellicenſis Archivarii auctum ex MS.*

„ *In his Necrologiis* Dies *et* Anni emortuales *Prin-*
„ *cipum et Illuſtrium Perſonarum per totam fere*
„ *Europam occurrunt.*

„ Catalogus *Regum Hungariae.* Inc. *Primus Ingreſſus*
„ *Hunorum ex Scitia.* fin. *Mathias Rex.*

„ Privilegia et ſtatuta antiqua Styriae. *Ex Bi-*
„ *blioth. Wutmbrand. MS.*

Digitized by Google

dem exſtare novimus Auſtriaca, progreſſum facimus. Haec ſiquidem ſincera vetuſtatis monimenta Hiſtoriam uni-

* „ Io. Enenkelii *Fürſtenbuch von Oeſterreich und* „ *Steyr de* A. 1230 *transſcriptus ex Cod. Memb.* „ *Hartmanni Enenkelii hic liber cum editione ra-* „ *riſſima Megiſeri collatus eſt.*

„ Chartae Pollinganae *ex Rotula antiquiſſima. ex MS.*

„ Codex traditionum *Monaſt. Ranchovienſis.* „ *ex MS.*

„ Continuatio Chronici Reicherſpergenſis *omni-* „ *bus etiamnum editis longe auctior et corre-* „ *ctior. ex MS.*

„ Chronicon *ex Cod. Membr. Scheſlarienſi.* Inc. „ *MXCII. Expeditio in Iheruſalem. fin. MCC-* „ *XLVII divina in Bavaria per totam poteſta-* „ *tem Ducis &c. ex MS.*

„ Aliud *ex cod. Membr. Scheſl.* Inc. *A. D. MCCXV.* „ *Rex Fridericus Aquisgrani* &c. fin. *A. D.* „ *MCCLXXII. F. Bertholdus de Ordine P. Mino-* „ *rum. ex MS.*

„ Aliud *ex eod.* Inc. 1180. *Otacher Marchio Sty-* „ *riae fit Dux* &c. fin. 1395 *Comes Mediolanenſis. ex MS.*

„ Vlrici Kriegii Chronicon Tigurinum. *ex MS.*

„ Sta-

Digitized by Google

univerſam ita colluſtrant, ut coecutire videantur omnes illi, quotquot, his aut contemtu aut neglectu poſthabitis,

„ Statuta et Privilegia *Vniverſitatis Vien. partim*
„ *ex autogr. partim ex authent. apogr. deſcripta,*
„ *ex MS.*

„ Roſetum i. e. *Gynecaeum Annae Rom. Reg. ubi*
„ *nobiles foeminae, quae Eidem deſerviebant,*
„ *enumerantur, additis, quos matrimonio ſibi*
„ *coniunxerunt, nobilibus Viris, opus ſupplendis*
„ *rei Genealog. Saec. XVI. tabulis cumprimis in-*
„ *ſerviens, ex MS.*

„ Tractatus *Concordiae inter Frideric. Imp. et Ma-*
„ *thiam Reg. Vng.* 1464. *ex MS.*

„ Antiquitates Seynenſes. Inc. *Lectori ſalutem.*
„ *Oppiduli ſive Caſtelli, ut olim florentibus Sey-*
„ *nenſium Comitum rebus non incelebr is etc. Con-*
„ *fectum eſt hoc opuſculum A.* 1684. *ex MS.*

„ Monumenta ſepulcralia *in Mon. S. Crucis Auſtr.*
„ *Inf. conſpicua.*

„ Diplomatarium i. e. *Bullae, Privilegia, Chartae*
„ *Fundat. Epiſtolae Hiſtorici argum. Saec. mi-*
„ *nimum XV. ex MS.*

„ Va-

Digitized by Google

res geſtas priſcorum temporum penitus pernoſcere atque in lucem quoquo

* „ Valentini Prevenhueber *Hiſtoria Comitum et Ducum Styriae ex biſtor. MS. et dipl.*

* „ - - - - *Hiſtoria Auſtr. ſup. et catalog. Capitaneor. ex biſt. MS. et dipl.*

* „ - - - - *Caſtrum Styrenſe, ex biſt. MS. et dipl.*

„ - - - - *Geneal. Baron. de Polheim ex biſt. MS. et dipl. prodit nunc primum.*

* „ Maximiliani *Ducis Bavariae expeditionis in „ utramque Auſtr. et Bohemiam Ephemeris.*

* „ Nicol. Mamerani *deſcriptio familiae totius Aulae Caeſ. in comitiis Auguſt.* 1547. 48.

„ Aſteriſco ſignata lucem beneficio typi adſpe„ xerunt quidem, ſed raro ita occurrunt, ut „ hic prodire iterum, doctiſſimorum virorum „ calculo, mereantur.

„ *Rogantur porro Viri eruditi, ut ſiquid editum iam „ eſſe compererint, addendumque quiddam aut de„ mendum iudicarint, aut cum Editore commu„ nicare velint quidpiam, per epiſtolas eundem „ commonefaciant, actarum publice, et ubi licue„ rit, etiam relaturam gratias.„]

Digitized by Google

quo demum modo proferre conten-dunt. Sunt autem huius ordinis po-tiſſimum, quae ſequntur:]

R. P. PHILIBERTI HVEBER *Auſtria ex archivis Mellicenſibus illuſtrata* Lipſiae 1722 in folio c. figg. excuſa. Continet vero huius, ad hiſtoriam patriae cognoſcendam utiliſſimi operis (*a*) *liber I. nucleum hiſtorico-genealogicum, diplomatum*, chartarum, privilegiorum, et aliorum eiusmodi veterum monumentorum, (*b*) cum multis integris archivorum Mellicenſis monaſterii tabulis, ex quibus *Romanorum Pontificum, principum, nobilium familiarum, ſacrorum Antiſtitum Auſtriae, vicinarumque provinciarum* res plurimum illuſtrantur. Veterum iſtorum documentorum vel integrorum vel excerptorum, primum ſane nunc ex authenticis exemplaribus editorum, ſunt circiter 724. quorum primum ab Erneſto Auſtriae

(*a*) [Vid. *acta eruditorum* publicata Lipſiae calend. Iun. a 1722 pag. 283. item MARTINI KROPFF *bibliotheca Mellicenſis* in vita cl. HVEBERI cap. 106. pag. 530. et ſeqq.

(*b*) Ne communibus formulis moles operis inutiliter augeretur, data opera non omnia vetera haec monumenta integra ſunt exhibita.]

Digitized by Google

Marchione, intra an. 1056 et 1075, postremum anno 1599 conditum est et exaratum. *Liber II*, complectitur *sigilla Rom. Pontif. sacrorum antistitum, nobilium etc. Austriae, vicinarumque provinciarum*, ex tabulariis Mellicensibus depromta, atque ordine chronologico collocata. Tabulis haec exhibentur aeneis 38, ex antiquissimis ceris singulari cl. D. IGNATII de RAEDERN industria delineata; quibus *index* subiicitur, in quo praeter alia, characteres antiqui, in sigillis conspicui lectuque difficiliores, nostris litteris explicantur. *Liber III*, exhibet *collectanea pro tabulis* quibusdam *genealogicis principum, sacrorum antistitum, nobilium etc. Austriae, et adiacentium provinciarum*, ex priorum duorum librorum diplomatibus et monumentis confecta, ac serie alphabeti concinnata. *Appendix*, quae accessit, *prima* perbrevem offert *topographiam*, diplomatico-Austriacam, cuius mentionem P. I. L. II. C II. §. 1, pag. 77. fecimus; *secunda*: diversarum medii aevi *scripturarum specimina*, ex monumentis Mellicensibus aeri incisa; *tertia*: quasdam *antiquitates* sacras et profanas monasterii Mellicensis recenset.

[R. D.

Digitized by Google

[R. D. RAIMVNDI DVELLII ſupra laudati *excerptorum genealogico-hiſtoricorum libri II.* Lipſiae an. 1725 in fol. in lucem prolati. *Liber I.* complectitur, praemiſſis aliquot *veterum ſcripturarum*, a ſaeculo VI. ad XV. *ſpeciminibus*, elegantter aeri inciſis, 1mo. *excerpta* ex *chartulariis* tribus *Hippolytenſibus* ſaeculi XIII. XIIII. et XVI; 2do. *excerpta* ex *necrologio* eiusdem canoniae, ſaeculo XIIII. inchoato, atque ad ſaec. XVI perducto; 3^tio. *confaederationum*, quas vocant, *chartas* XXX, ex autographis depromtas. *Liber II.* continet: 1mo. quingenta *ſigilla* ſaeculi XII. XIII XIIII. et XV. ex tabulario Hippolytano, a cl. IGNATIO de RAEDERN caelata; 2do. *diplomata* 299. Hippolytana, quae in chartulariis deſiderantur; 3^tio. IOANNIS HOLLANDI et IACOBI PVETRICHII *rhythmos* ſaec. XV. *de familiis Boioariae*, quae ludis equeſtribus interfuerunt, cum earum inſignibus et ſcutis gentiliciis aeri inciſis; 4to. *ſyntagma antiquitatum* et *ſigillorum* incerti temporis vel alienorum, inſertis tabulis genealogicis familiarum Leyſſerianae, Lasbergianae, et Geyerianae, itemque excerptis diplomaticis de fa-

Digitized by Google

milia illust. Nimptschiana, ex Regio feudorum tabulario, Principatus Svidnicensis et Iaurienſis in Silesia.

Huc referendus est aliqua sui parte cl. BERNARDI PEZII Benedictini Mellicensis, Germaniae Mabillonii, *thesaurus anecdotorum novissimus*, seu veterum monumentorum, praecipue ecclesiasticorum, ex Germaniae potissimum bibliothecis adornata collectio, cuius editio Augustae Vindelicorum an. 1721—172. tomis VI in fol. curata fuit. (*a*) Nam *tomi* I. (*b*) parte 3. continetur 1mo. *codex diplomaticus Ratisbonensis*, quo diplomata

(*a*) [Recensentur tres tomi priores fusius in actis eruditorum Lipsi. an. 1722; tomus IIII. vero ibid. ann. 1723. Plures summi viri laudes occinit KROPFFIVS in *biblioth.* supra laudata, cap. 109. pag. 546. et seqq.

(*b*) Cuius *dissertatione isagogica* utilissima, universi operis ratio redditur; fuseque exponitur: quae illius adornandi fuerit occasio? quae litteraria itinera suscepta? quorum studio res creverit? quo ordine quaeque monumenta dispositа sint? quae singularia in bibliothecis monasteriorum, Bavariae praesertim atque Sueviae, sollicite perlustratis, fuerint detecta?]

Digitized by Google

mata epiſcopatum Ratisbonenſem et monaſterium S. Emmerammi ſpectantia, a ſaec. VIII. ad XII. exhibentur; 2do. *codex traditionum Emmerammenſium* a ſaec. VIII. ad XIII; 3tio. ANAMODI ſubdiaconi Ratisbonenſis, *traditionum* coenobii *S. Emmerammi* ſaec. VIIII. factarum, libri duo, quorum ope res non tantum Bavaricae, ſed et Auſtriacae inſigniter illuſtrantur. *Tomo* III. inſertus eſt *codex diplomaticus* monaſterii *Admontenſis* in Styria. Prae omnibus tamen in rem noſtram ſerviet *tomus ſextus*, qui *codex diplomatico - biſtorico - epiſtolaris* inſcribitur, et diplomata, chartas, epiſtolas, fragmenta opuſculorum, epitaphia, et alia id genus vetera monumenta, ad terrarum Auſtriacarum, ac totius paene Europae hiſtoriam penitius cognoſcendam, utiliſſima, a ſaeculo Chriſti quinto ad decimum fere ſextum complectitur.]

Qui in ampliſſima bibliotheca Auſtriaca *Claravallenſi* cuſtoditur *codex diplomaticus* Caeſarum, Auſtriae Ducum, Pontificum, ac dynaſtarum ab anno 1130 ad 1328, inſertus eſt tomo IIII. *reliquiarum MSS. omnis aevi* cl. IOANNIS PETRI a LVDEWIG.

In

Digitized by Google

In *bibliotheca archiepiscopali Vindobonensi*, quae praestantissimis omnis generis libris referta est, adservantur XXVIII. volumina MSS. in fol. ab ANTONIO WOLFFRATH, episcopo quondam Viennensi, collecta, quibus documenta rerum, sub Rudolpho II. Mathia, et Ferdinando II. gestarum, secretissima continentur.

Repertorium Austriacum, cuius apographo excellent. Com. RVDOLPHVS CORONINI, in *tentamine* suo *comitum et rerum Goritiae*, parte I. huius operis, pluribus locis laudato, usus est, complectitur aliquot MSS. in fol. voluminibus epitomen diplomatum, chartarumpue veterum, quae in Augustae Domus Austriacae tabulariis, Graecensi praecique et Oenipontano conservantur, et ad terrarum Austriacarum historiam plurimum sane conferunt.

Campilienſis bibliotheca, teste cl. HANTHALERO, *fastor. Campilienſium* praenot. introduct. pag. 33. *chartularia* tria, sive codices privilegiorum, domestica manu collectos, et in membrana exaratos servat. *Primus* saeculo XIII. in

Digitized by Google

in 12mo. ſcriptus nullum inſtrumentum continet, quod an. 1281 poſterius eſſet; *alter* a D. PETRO I. abbate ſub medium ſaeculi XV in fol. curatus ad annum 1470 progreditur; *tertius* maximae formae iuſſu D. Matthaei III. abbatis eleganti charactere poſt medium ſaeculi proxime elapſi confectus, reliqua monumenta tam vetera quam nova complectitur.

Diplomatarium Griſſovienſe, antiquiſſimi Sileſiae coenobii, ab anno 1240 ad 1399, matrimonia nonnullarum Archiducum Auſtriae cum Ducibus Sileſiae, inſigniter illuſtrans, in cl. I. P. a LVDEWIG *reliquiis MSS.* tomo VI. legitur.

[Quod idem doctiſſimus vir tomo V *reliquiarum*, et auctius FRID. WILH. de SOMMERSBERG tomo I *ſcriptorum rerum Sileſiacarum*, Lipſiae 1729—1732 volum. tribus in fol. editorum, inſeruit *diplomatarium Bohemo-Sileſiacum*, res Auſtriae, Carinthiae, aliarumque provinciarum a ſaeculo XIII ad XVI notatu digniſſimas pertractat.

Eiusdem commatis eſt *diplomatarium miſcellum*, ab anno 1058 ad 1497, co-

di-

Digitized by Google

dicillis inveſtiturarum, foederum, pactorum, inaugurationum, et edictorum, hiſtoriam Auſtriacarum ditionum multum ſane illuſtrantibus refertum, quod laudatus mox I. P. LVDEWIGIVS tomo IIII. *reliquiarum* MSS. exhibet.

R. P. ANTONII STEYERER *collectanea hiſtorica Auſtriaca*, a Rudolpho I ad Frideriuum III. Pacificum, voluminibus XIII. maioris formae exarata, ex quibus commentarii illi pro Alberto II, ſummo eruditi orbis plauſu excepti, prodierunt, in tabulario Aug. Vindobonenſi, uti et aliis quorumdam eruditorum ſcriniis reperiuntur.

In cl. MARQVARDI HERGOTT *genealogia diplomatica Auguſtae gentis Habsburgicae* tomus II. utroque, in quae dividitur, volumine codicem probationum exhibet ampliſſimum, et DCCCCLIIII partim Rom. Pontificum bullas, et Imperatorum Regumque diplomata, partim epiſcoporum, Ducum ac Comitum chartas atque alia eius generis monumenta, ab an. Chriſti 744 ad 1471 continet, quibus aſſerta tomo I diluci de comprobantur.

Col-

Digitized by Google

Collectanea Mannagettiana, quae bibliothecae collegii eius nominis, Viennae a Ioanne Guilielmo Mannagetta, Ferdinandi II. et III. Caeſarum archiatro, agnatae iuventuti bonis litteris imbuendae fundati, inſerta ſunt, pluribus voluminibus, nullo quidem ordine aut diviſione facta, colligatis, quam plurima ad res Auſtriacas pertinentia continent, et fide quidem integerrima, ſi ſphalmata a ſcribentis manu profecta excipias.

Quae IOANNES CHRISTIANVS LVNIGIVS non ſolum in *codice diplomatico Germaniae* tomo II. a pag. 474 ad 1059, verum etiam in *deutſchem Reichs-Archiv*, parte ſpeciali, multa cura congeſſit documenta Auſtriaca, magnam in hiſtoria provinciarum familiae Auguſtae pertractanda, praebent utilitatem.

Ex infinitis bibliothecae Auguſtae Vindobonenſis cimeliis, huc quoque referendum putavi codicem chartaceum in fol; partim latina, germanica partim lingua ſcriptum, quem LAMBECIVS *comment.* L. II. edit. Kollarianae pag. 877. uberrime recenſet, digniſſima lectu

Digitized by Google

lectu monumenta, historiam Habsburgo-Austriacam illustrantia, continentem.]

Ad historiam Burgundo-Austriacam egregia documenta submiuistrat, PHILIPPI HANNETON, equitis aurati, ac protosecretarii Philippi Pulchri, Castellae Regis, *histoire des traitez de Louis XII, ou recueil fait par le premier Secretaire ou Audiencier du Roy de Castille; contenant les lettres, actes, et traitez faites entre le Roy Louis XII, et dit Roy de Castille, depuis l' année* 1498 *jusqu' an.* 1507. in fol. quod opus manu scriptum in variis Parisinis bibliothecis adservatur, teste FOPPENS *bibliotheca Belgica* p. m. 1034.

Collectio pariter illa longe rarissima et pretiosissima est, quam S. R. E. Card. ANTONIVS PERRENOT de GRANVELLE, XXXIIII voluminibus *litterarum* MSS. reliquit; et quae ab eius obitu curis Iulii Chifletii, abbatis Balernensis, et Ioannis Buisot, abbatis S. Vincentii conquisita, in huius abbatiae bibliotheca recondita fuit. Nam intricatissima Caroli V. Aug. et Philippi II Hispa-

Digitized by Google

Hiſpaniarum Regis temporibus, pertractata negotia mirifice explanarentur, ſi hae epiſtolae luci publicae committerentur.

In tabulario tandem Auguſto reperiuntur ſequentes etiam codices hic recenſendi: *primus*, qui chartaceus eſt formae maioris, inſcribitur: *Phanntſchafftn*, *Phanntbrieff*, et priore parte exhibet apographa diplomatum, atque aliarum litterarum, quae Friderici Pulchri Auſtriae Ducis nomen praeferunt, ab anno 1308 ad 1313, poſteriore vero litteras Alberti II. et Ottonis Iucundi fratrum, Auſtriae Ducum; *ſecundus*, eiusdem generis et formae, ſequentem epigraphen fronte gerit: *Privilegia obligationum illuſtriſſimi Principis domini Alberti Ducis Auſtriae, inceptus anno Domini MCCCL III, ſignatus PIG.* 1353. *Phanntbrief.* Atque huius priora 235 inſtrumenta, ſynchrona manu inſerta, Alberti II. ſunt; reſidua vero 236, Rudolphi IIII. eius filii; *tertius*, qui autographus eſt, hunc habet titulum: *Regiſtrum litterarum R. A.* hoc eſt: Rudophi IIII. Archiducis Auſtriae.

[*Diplomatariis* Auſtriacis praecipuis enumeratis NECROLOGIA ſubiungo,

Digitized by Google

quae historiae non minus quam genealogiae multum lucis adferre, nemo est, qui dubitet. Ex his quippe Principum aliorumque illustrium virorum dies emortuales, qui in annalibus chronicisque saepenumero desiderantur, simulque haud raro natalicios, facili negotio eruere possumus. Silentio tamen praetermissis, quae in collectionibus supra recensitis iam indicavimus, illa dumtaxat hoc loco enumerabimus, quae singulatim seu edita seu inedita hucusque novimus; videlicet:]

Necrologium ecclesiae cathedralis *Viennensis*, quod exstat in codice illo, P. I. L. II. C. III. §. 3. n. 2. pag. 253. laudato, cui titulus: *Liber statutorum*, quod leges quasdam olim a canonicis communi consilio, aut aliunde statutas contineat. Nam in praefixo calendario Romano non solum, sed etiam in folio, anteriori tabulae ligneae adglutinato, complura nomina defunctorum sunt descripta.

Necrologium Neostadiense, quod cl. STEYERER in templo cathedrali Neostadii Austriae reperit, anno 1468 scriptum, et tabulae ligneae adglutinatum.

Con-

Digitized by Google

Continet illud funera a Rudolpho I Caeſare, ad Annam Aug. Ferdinandi I coniugem ab alia tamen manu poſt annum 1468 continuata.

Necrologium monaſterii *S. Petri Salisburgenſis* a ſexcentis annis in membrana ſcriptum, quod conſitente BERN. PEZIO, tomi I. *theſauri anecdot. noviſſimi* diſſertatione iſagogica, mirum, quantum Auſtriacas aeque ac Bavaricas res illuſtrat.

Ceterum dici non poteſt, quantum utilitatis ex codicibus TRADITIONVM, in Auſtriae, eique annexarum provinciarum monaſteriis adſervatis, in univerſam hiſtoriam Germaniae Auſtriacae redundaret, ſi in publicum proferrentur. Sed quum eccleſiarum praeſules metuant, ne, iis evulgatis, aliquod ſibi detrimentum inferatur, aut ſaltem antiqua iura ſua et privilegia litibus controverſiisque involvantur, religioſiſſime potius ſua traditionum documenta cuſtodiunt, quam ut ea in vulgus efferri patiantur.

[Hinc ad CHRONICA in ſuperioribus nondum recenſita, quae Auſtriae vicinarumque regionum ei ſubiectarum

Digitized by Google

historiam, et res belli pacisque tempore gestas enarrant, indicanda nos convertimus. Sunt autem praecipua, quae quidem seu typis data novi, seu nondum in lucem prolata, fere sequentia:]

MATTHAEI Marescalci de PAPPENHEIM (*a*) *chronicae antiquae Australis* excerptum ab anno Domini 852, ad 1327. Cui accedit eiusdem *historiae Australis* pars plenior, de gestis sub Rudolpho, Adolpho, et Alberto Caesaribus ab anno 1276, ad an. 1302. Vtrumque opus MARQVARDVS FREHERVS tomo primo scriptorum rerum Germanicarum, a se Francofurti volum. tribus in fol. an. 1600 et seqq. primum editorum, inseruit; B. G. STRVVIVS vero tertium in recusa eadem Freheriana S. R. G. collectione ex codice Neostadiensi emendatius, et ad annum 1344. continuatum, produxit Argentorati 1717 in fol.

ANO-

(*a*) [Qui et quantus vir Matthaeus iste fuerit, docet WOLFG. LAZIVS libro VIII. *de migrat. gentium* fol. 574. edit. Basileens. Videatur etiam de illo MART. CRVSIVS *annal. Suevic.* L. X. P. III. et WIGVLEVS HVND *Bayerisch. Stammbuch* P. II.]

Digitized by Google

ANONYMI Mellicenſis, qui floruit an. 1460, breve *chronicon rerum Auſtriacarum* ab anno 1415 usque ad 1457 exſtat in codice MS. monaſterii Mellicenſis, teſte MARTINO KROPFFIO *biblioth.* C. LI. p. 312.

Chronicon breve, *Auſtriaca*, Bavarica, vicinarumque provinciarum *continens*, ab anno 1126 ad 1348, in coenobio Lambacenſi ord. S. Benedicti in Auſtria ſupra Anaſum ſcriptum, habetur in codice 83 et 451. MS. hiſtor. prof. bibliothecae Caeſareae Vindobonenſis.

Chronicon aliud *Auſtriacum* ab anno 1104 ad 1279 in eiusdem bibliothecae codice MS. membranaceo, inter hiſtor. 409. legitur.

ANONYMI (*a*) *chronicon Auſtriacum* ab anno 1454 ad 1467 eximiae auctoritatis, ad illuſtrandam illius temporis ac diſſenſionum Fridericum III. Aug. inter, et Albertum eius fratrem, ordinesque Auſtriae hiſtoriam; quo iam alii ſcriptores, atque in primis GERARDVS de

(*a*) [Vid. LAMBECII comment. biblioth. Caeſ. L. I. edit. nov. pag. 665, quo loco cl. KOLLARIVS auctorem huius chronici IACOBVM a KOENIGSHOVEN fuiſſe ſuſpicatur.]

Digitized by Google

ROO in *annalibus Austriacis, et* MARCVS HANSIZIVS in sua *Germania sacra,* usi sunt. Exstat vero illud tam latina, quam vernacula lingua exaratum. Latinum typis, quod scio, vulgatum nondum est, sed inter bibliothecae Caesareae codices manuscriptos custoditur. Germanicum illust. HENRIC, CHRISTIAN. L. B. a SENCKENBERG. tomo V. *selectorum Iuris et historiarum*, a se Francof. 1739 in 8vo edito, inseruit.

ANONYMI *continuatio chronici* MARTINI POLONI (*a*) *Austriaca*, a Rudolpho

(*a*) [Oppaviae in Silesia, quae olim cum Polonia coniuncta erat, natus, ordini S. Dominici nomen dedit; et postquam Romae Clementis IIII. P. P. sequentiumque Pontificum tempore capellani ac poenitentiarii munere functus fuisset, anno 1278 ad vacantem iam sexennio, ut SIMON STAROVOLSCIVS in centum illustrium Poloniae scriptorum elogiis et vitis, Vratislaviae 1734 in 4to recusis, p. m. 28. indicat, Gnesnensem sedem, Poloniae primariam, vocatus est. Verum dum in eo esset, ut ad dignitatem hanc adeundam in Poloniam demigraret, in itinere Bononiae eodem vel sequenti anno decessit, et

Digitized by Google

pho I. Aug. ad annum 1343 inſerta eſt a cl. I. G. ECCARDO, *corpori hiſtorico medii aevi*, duobus voluminibus Lipſiae 1723 in fol. procuſo, tomo I. pag. 1413 et ſeqq.]

THOMAS EBENDORFFER de HASELBACH praeter chronicon, cuius ſupra in Pezianis S. R. A. meminimus, aliud adhuc opus hiſtoricum reliquiſſe videtur, quum chron. L. III. de captivitate et liberatione Friderici Pulchri agens, eadem ſe *latius in Regum Romanorum chronica exaraſſe* declaret, idemque alio pariter illius libri loco confirmet. Quod opus interieritne? an uspiam deliteſcat? ignotum mihi eſt.

[ALBERTVS ARGENTINENSIS, qui Caroli IIII. Caeſaris tempore floruit, *chronicon* rudi quidem ſtilo, optima tamen fide conſcripſit, a Rudolpho I. Habsburgico ad exceſſum Caroli IIII, ſeu ab anno 1270 ad an. 1378. perdu-

 ctum,

et in eccleſia F. F. Praedicatorum ſepultus eſt. Lapidis, Bzovio referente, inſcriptio haec eſt: „ *Hic iacet Martinus Polonus, ordinis* „ *Praedicatorum archiepiſcopus Gnesnenſis.* „ Vid. ECCARDVS, libri ſupra laudati prooemio §. XX.]

Digitized by Google

ctum. Fragmentum illius IOANNES CVSPINIANVS primus edidit, et *Austriae* suae, Basileae 1553 in fol. typis datae, adiecit. Idem PETRVS PITHOEVS praestitit sub finem collectionis suae S. R. G. Basileae 1569. f. procusae. CHRISTIANVS VRSTISIVS tandem integrum tomo II. S. R. G. Francof. 1585 et 1670 in fol. inseruit.

ANONYMVS MELLICENSIS, qui floruit saeculo XVI ex vetustissimis schedis et codicibus compilavit *flores chronicarum Austriae*, quos ad Carolum V. Aug. usque produxit, multis tamen fabulis sub initium praesertim respersos. Agit de hoc chronico cl. ANSELMVS SCHRAMB in chronico Mellicensi, maximamque eius partem ibidem publici iuris fecit.]

Reperitur quoque in bibliotheca Windhagiana Viennae, inter libros historicos et politicos n. 798, quaedam ANONYMI *Oesterreichische chronica von Anfang der Welt.* MS.

WOLFGANGI LAZII *chronicon Austriacum* germanicum mutilum, cuius initium: „ *Als viel müglich ist aus den* „ *ausländischen und griechischen Historien* ab-

Digitized by Google

„ *abzunehmen, befind ſich, daſs die Ge-*
„ *gend, darin Oeſterreich an Vngern räynet,*
„ *hab erſtlich Peonia gebeiſsen.* &c. „ adſervatur in bibliotheca palatina Vindobonenſi inter codices MSS. ineditum.

In bibliotheca *Gſchwindiana*, quae Viennae publico uſui, patet, inter libros hiſt. et politicos, n. 3807. exſtant PAVLI RECHBERGERI *annales Auſtriaci* de anno 1611 in 4to manu exarati.

[Praeterea in bibliotheca Caeſarea eius generis chronica bene multa inedita adhuc latere, teſtatur L. I. *comment. Lambecianorum* editionis Kollarianae, praeſertim pag. 500, et 541, ubi LAMBECII ſyntagma rerum germanicarum fuſe recenſetur, quae loca proinde conſulere oportebit.

Atque talium nobiliſſimorum fontium e ſcaturigine, recentiora auctorum manarunt opera, quae hiſtoricam *Germaniae Auſtriacae* faciem compendio, generatimque ſiſtunt, uno velut obtutu perluſtrandam. In quibus prae reliquis eminet cl. IOANNIS STEPHANI PVETTER *hiſtoriſch-politiſches Handbuch, von der beſonderen Teutſchen Staaten. Erſter Theil von Oeſterreich, Bayern, und Pfalz.*

Digitized by Google

Göttingen 1758 in 8vo. Complectitur is liber inter alia tam geographicam, quam historicam et politicam *terrarum Austriacarum* notitiam, pulcherrimo ordine digestam, auctoribus, unde singula desumta sunt, et apud quos fusius explicata legi possunt, ubivis designatis.

Tum iure meritoque suo laudandus est cl. FRANC. FERDIN. a SCHROETTER Augg. a consil. et magnificus universitatis Vindobonensis Rector, vir in historia patriae egregie versatus, omnisque iuris Austriaci consultissimus, qui paucis ante obitum (*a*) mensibus, suppresso suo auctoris nomine, vulgare coepit: *Oesterreichische Geschichte. Wien.* 1779 in 8vo. Orditur autem vir celeberrimus ab ultimis Austriae initiis, universumque eius statum tam historicum, quam politicum, magna cum ἀκριβείᾳ, stiloque succiso ac temperato, usque ad fortunatum tempus illud, quo Austria Ducatus nomen consequuta est, *parte* quam vivus edidit, *prima* ob oculos ponit. Postquam vero mors invida et ope-

(*a*) [Obiit Viennae die 3. Iulii anno 1780, aetatis 45.]

Digitized by Google

operis et vitae abrupit filum, eius continuandi negotium in ſe ſuſcepit R. P. ADRIANVS RAVCH e Scholis Piis, rei diplomaticae, ac hiſtoriae praeſertim Auſtriacae ſtudioſiſſimus, qui *partem ſecundam*, a SCHROETTERO b. m. quidem coeptam, a ſe vero ad *Friderici Bellicoſi* necem perductam, an. 1780 in lucem dedit; annoque demum 1781 *volumen tertium* adiecit, quo Auſtriae hiſtoria, inde usque ad Ottocari in praelio cum Rudolpho I. Aug. caedem, inſertis variis ius publicum patriae ac Imperii ſpectantibus obſervationibus, ſubiunctisque nonnullis ineditis partim, partim emendatius procuſis diplomatibus, uberrime et ſollicita cum adcuratione enarratur.

Revocari quoque huc non pauci ex illis poſſunt, quos P. I. L. I. S. I. C. I, ubi de *chorographis* et L. II. C. I, ubi de *topographis generalibus* Germaniae Auſtriacae actum fuit, in medium protulimus.

Statum RELIGIONIS provinciarum, Auſtriacae poteſtati in Germania ſubiectarum, exponunt, in transcurſu ſaltem, omnes ſcriptores illi, qui Germa-

niae

Digitized by Google

niae ſacrae et eccleſiaſticae monumenta litteris conſignarunt. (*a*) Atque hos inter praecipuum locum ſibi vindicant ſequentes: IOANNES IACOBVS MASCOVIVS erudita diſſertatione, *de primatibus metropolitanis, et reliquis epiſcopis eccleſiae Germanicae*, Lipſiae 1729. in 4. excuſa. IOANNES IAC. SCHMAVSIVS ſine loci et anni mentione Halae in 8vo in lucem protulit *allerneueſten Staat des Erzbiſthums Salzburg, und der darunter gehörigen vier Stifter Gurk, Chiemſee, Seckau, Lavant*, cuius operis adcuratio cum iuſta brevitate coniuncta, vehementer commendatur. GABRIELIS BVCELINI *Germania topo - chrono - ſtemmatographica*; CASPARIS BRVSCHII *chronologia monaſteriorum Germaniae*; WIGVLEI HVNDI *metropolis Salisburgenſis*, auctoresque complures alii, quos *parte* priore, *libro* ſecundo, *capite* primo, et ſecundo, dum de epiſcopatibus et monaſteriis Germaniae Auſtriacae ageremus, in medium protulimus. His vero omnibus palmam omnino eripuiſſet cl. P.

(*a*) [Vid. STRVVII *bibliotheca hiſtorica ſelecta* C. XVI. §. 49. p. m. 842. §. 50. p. 845. §. 51. p. 846. C. XVII. toto p. 985 — 1037.]

Digitized by Google

el P. SIGISMVMDVS CALLES, ſi, quos coepit, *annales eccleſiaſticos Germaniae ex antiquis ſacrae, Auguſtaeque hiſtoriae monumentis collectos, et cum rebus ſummorum principum perpetua ſerie deductos*, perfeciſſet. Verum ſex dumtaxat volumina in fol. Viennae ab anno 1756 ad 1769 lucem viderunt. Ex quibus *tomus I.* de chriſtianae religionis tenuibus ad Rhenum ac Danubium initiis, rebusque per ſex priora a Chriſto nato ſaecula in Germania geſtis tractat; *tomus* II. de chriſtiana religione inter Rhenum, Albim, et Danubium ſaeculo VII. et VIII. propagata agit; *tomus* III. de eadem in Saxonia firmata, et hinc in Moraviam et Bohemiam, illinc in Daniam et Sueciam ſaeculo VIIII. invecta; *tomus* IIII. de illa intra Albim et Oderam ſaeculo X. extenſa, a Slavis Hungarisque vexata, ſed demum in Poloniam ac Hungariam illata; *tomus* V. de religione chriſtiana ſaeculo XI, principum praeſulumque ſanctimonia, dimidium ſaeculum et ultra florente, tum fatali diſſidio inter ſacerdotium et regnum miſere perturbata;

Digitized by Google

ta; (a) *tomi* VI. pars prior (b) de illa saeculo XII. Pomeraniae illata, sed inter Slavos septemtrionales propemodum oppressa tractat.

Singularia multa et lectu digna de statu religionis, a reformatione protestantium ad nostram usque aetatem, in universis terris Austriacis, inspersa sunt egregio plane operi, quod BVRCH. GOTTHELF. STRVVIVS, titulo: *Ausführliche Historie der Religions-Beschwerden zwischen den Römisch-Catholischen, und Evangelischen im Teutschen Reich*; Lipsiae 1722. vol. II. in 8vo publici iuris fecit. Mirifice quoque religionis faciem, clerique catholici statum in terris Austriacis, sub dimidium saeculi XVI, collustrat FRIDERICI STAPHYLI *ad Ferdinandum I. Aug. Imp. de instauranda in terris Austriacis religione Romano-Catholica consultatio*, quam IOANNES GEORG. SCHEL-

(a) [Quo volumine sub prelo sudante, doctissimus auctor Viennae tertio nonas Ianuarii 1761 vitam cum morte commutavit.

(b) Haec ad annum Christi 1152 protenditur, et ab anonymo sacerdote S. I. nonnulis locis aucta, copiosoque indice instructa typis commissa fuit.

Digitized by Google

SCHELHORNIVS *Amoenitatibus hiſtoriae eccleſiaſticae et litterariae*, tomo I. Francof. 1737 in 8vo procuſo, inſeruit. Scripta vero videtur haec conſultatio ante annum 1560, et non ſolum luculentas pandit cauſſas, ob quas Lutheri doctrina in his regionibus tanta ſumſerit incrementa, verum etiam optima remedia proponit, quibus expulſa altera, Romano-catholica religio poſtliminio facile reduci poſſit. R. P. MARIANI FIDLER *Auſtriam ſacram* (a) hoc loco commemorare, haudquaquam alienum videtur. Prodierunt hucusque priora illius quattuor volumina hoc titulo: *Auſtria ſacra: Oeſterreichiſche Hierarchie und Monaſteriologie. Geſchichte der ganzen öſterreichiſchen, weltlichen und klöſterlichen Kleriſey beyderley Geſchlechts. — Erſter Theil. Das Vorderöſterreich. Wien*, 1780. — — *Des erſten Theiles zweyter Band. Schluſs des Vorder- oder Schwäbiſchen Oeſterreichs, mit diplomatiſchen Beylagen und verſchiedenen Nachträgen. Wien* 1780. — — *Zweyter Theil, dritter Band: Das Oberöſterreich, oder die gefürſtete Grafſchaft*

(a) [Vid. partis prioris praeſentis operis praefatio pag. XXI, not. b.]

Digitized by Google

ſchaft Tyrol. Wien 1781. — *Zweyter Theil, vierter Band: Schluſs des Ober- und Anfang des Inneröſterreichs, mit diplomatiſchen Beylagen und verſchiedenen Nachträgen. Wien* 1782. in 8vo. Reliqua iuſtis temporum intervallis ſequentur. Quibus animis hic labor a viris doctis exceptus, quantumque probatus fuerit, haud difficulter coniici poteſt ex eruditorum de eo iudiciis, quae nonnullis actis litterariis (*a*) inſerta le-

(*a*) [Vid. *K. K. Realzeitung der Wiſſenſchaften und Künſte. Wien* 1780. XX. *und* XXXX-VIIIItes *Stück.* — *Zugabe zu den Göttingiſchen gelehrten Anzeigen*, 1780 XXXVtes *Stück.* — *Göttingiſche Anzeigen von gelehrten Sachen*, 1781. LXXVIIIItes *Stück.* — *Halliſche neue gelehrte Zeitungen*, 1780. LXXVtes *Stück.* 1781. XIIItes *Stück.* — R. P. ENGELBERTI KLVPFEL ord. S. Auguſt. *nova bibliotheca eccleſiaſtica Friburgenſis.* Vol. V. faſc. II. pag. 279. — 290. *Freyburg* 1780. *in* 8vo — ANTON FRIEDRICH BVESCHINGS *Wöchentliche Nachrichten von neuen Landcharten, geographiſchen ſtatiſtiſchen und hiſtoriſchen Büchern und Sachen; des neunten Jahrgangs fünf und zwanzigſtes Stück Berlin* 1781; *und des zehnten Jahrgangs zweytes Stück. Berlin* 1782 *in* 8vo. *&c.*]

Digitized by Google

leguntur; quibus et meum lubens ſubmitto. Et, ſi parva licet componere magnis, huc refero etiam exiguam quidem, attamen laude dignam, R. P. MARTINI ROSNACK ord. S. Auguſtini opellam Viennae 1776 in 4to editam hoc titulo: *De monaſteriis provinciae Auſtriae et Hungariae ordinis fratrum eremitarum S. Auguſtini ſuccincta notitia, in uſum iuniorum eiusdem alumnorum obiter conſcripta*, in qua de ſingulorum coenobiorum incunabulis, aetate, conditore, et viciſſitudinibus breviter, ſed accurate, quantum quidem per anguſtias temporis auctori pronum erat, tractatur.

Et quoniam nemo eſt, qui, dum hiſtorici Auſtriaci nomen profiteri vult, vicinarum gentium res geſtas, ob ſingularem et individuum earum cum noſtris nexum, ignorare poſſit, id profecto ſtatuendum arbitror: *Bavaricos* ſaltem, *Hungaricos* et *Bohemicos* ſcriptores, quorum magnum numerum *Bibliotheca Struvio - Buderiana* larga manu offert, diurna nocturnaque manu verſandos eſſe illi, qui ſuis numeris abſolutam Auſtriacarum terrarum hiſtoriam animo concepit perdiſcendam.]

Digitized by Google

CAPVT II.

SCRIPTORES HISTORICI SPECIALES.

§. I.

SCRIPTORES AVSTRIAE.

Si quando ultima, quoad longissime respicere possumus, AVSTRIAE tempora inquirimus, densissimis illa tenebris involuta fateamur; necesse est. Primus, opinor, omnium, a quibus non nihil lucis eisdem illatum fuit, EVGIPIVS est, *S. Severini* discipulus, quem alii *Eugippium* scribunt. Quum enim is magistri sui *vitam* anno Christi, ex calculo Bollandi, quingentesimo undecimo describeret, non Austriacam solum, sed et Bavaricam saeculi V. historiam magnopere illustravit. Edita haec primum est a LAVRENTIO SVRIO, *hist. sanctor.* tom. I. ex codice autem mutilo. Tum MARCVS VELSERVS integram evulgavit, eruditis adnotationibus instructam; quae inter eius opera, Norimbergae 1682 in fol. iunctim

Digitized by Google

ctim typis data, comparet. Eamdem IOANNES BOLLANDVS primo Ianuarii ſui tomo pag. 486 intulit, novis obſervationibus illuſtratam. Illius, quam HIERON. PEZIVS curavit, ſuperiore capite meminimus.

„ Ab aevo S. Severini „ confitente PEZIO S. R. A. T. I. p. 94. (*a*) ad „ aetatem usque S. Colomanni martyris — ſex fere ſaeculorum intervallo, „ ingens diſpendium perpeſſa eſt noſtrae gentis hiſtoria; — Hunnis, Avaribus, aliisque id genus barbaris in „ *Auſtria* tum late dominantibus, omnemque terram ferro atque igne „ in eam ſolitudinem redigentibus: ut „ teſte diplomate Ottonis III. Imperatoris, Piligrino antiſtiti Patavienſi anno 985 conceſſo, tantum non ſilveſceret. (*b*) Expleret utcumque tamen „ magnum hunc hiſtoriae noſtrae hiatum *verſificatoris* illius *germanica lucubratio*, — hortatu Piligrini iam lau-

(*a*) [Obſervatione praevia vitae *S. Colomanni.*

(*b*) Pag. 361. tom. I. *metropolis Salisburgenſis* WIGVLEI HVND, Monachii 1620 in fol. publici iuris factae.]

Digitized by Google

„ dati — de geſtis Hunnorum et Ava-
„ rorum, Auſtriam ea tempeſtate te-
„ nentium „ ſcripta, ſi ubicunque de-
liteſcens in lucem aliquando protraheretur. (*a*)

Interea ad obſcuram illorum praeteritorumque temporum ſeriem tantiſper colluſtrandam, ſervire debent ſcripta ſequentia:]

CAROLI M. Regis ad *Faſtradam* coniugem *epiſtola*, de victoria anno 791, dum Hunnos et Avares, noſtrarum regionum praedatores, ad Anaſum et Chambum Auſtriae fluvios turpiſſima clade adfectos, ultra Arrabonem, notum Pannoniae flumen, profligaret. Legitur illa in cl. ANDREAE du CHESNE *ſcriptoribus coaetaneis hiſtoriae Francorum* Lutetiae Pariſiorum ab anno 1636 ad 1649 tomis V. in fol. evulgatis, tomo II. pag. 187.

Epiſtolae huic *carmen poëtae Saxonis*, ſeu annalium de geſtis Caroli M. libri V.

(*a*) [Teſtatur Hundius l. c. pag. 302 hunc librum, in membrana ſcriptum, a ſe in arce Prunn ad Altmilam repertum, et in bibliothecam Alberti Bavariae Ducis anno 1575 illatum fuiſſe.]

Digitized by Google

V. ſubiiciendi ſunt, quibus multa ſingularia, victorias illius, in terris noſtris a barbaris relatas, illuſtrantia continentur. Exſtant hi non ſolum apud laudatum du CHESNE tom. II. pag. 136, verum etiam tomo I *ſcriptorum rerum Brunſvicenſium* a GODEFRIDO GVILIELMO LEIBNITIO Hanoverae 1707 — 1711. volum. tribus in fol. typis datorum.

Eodem pertinent ANONYMI, Ludovico Germanico aequalis, fragmentum, de rebus Caroli M. cum *Hunnis* et *Slavis* ſeu *Boioariis*, ex hiſtoria converſionis Boiorum et Carentanorum ad fidem chriſtianam, apud du CHESNE tom. II. pag. 220.

Quem P. I. L. I. S. I. C. I. commendavimus ALBERTVM GEORGIVM SCHWARZ, is ſtatum veteris Auſtriae egregie illuſtrat, in ſuo opere, quod Stralſundiae 1750 in 8vo procuſum, inſcripſit: *das alt-teutſche Oeſterreich.* Parte enim prima tractat *von den älteſten Zeiten, die ſich in der Hiſtorie erreichen laſſen, bis ins ſechſte Jahrhundert nach der Geburt Chriſti, ſo lange die Pommerſchen Lande, unter den Sveviſch-Vandaliſchen Völ-*

Digitized by Google

kern, noch immer ihr eigenes Weſen gehabt haben; parte ſecunda vero *von den mittleren Zeiten, aus dem Verhältniſs der Pommerſch-Rugianiſchen auch anderer benachbarten Völker und Lande Geſchichte: von Ankunft der Slaven in Pommern bis zur Zeit Kaiſers* OTTO I.

[Quo propius ad noſtra accedimus tempora, eo maior Auſtriacae hiſtoriae lux affulſit, Teſtantur id bene multa eruditorum opera, ſeu publici iuris facta, ſeu inter cimelia bibliothecarum et tabulariorum manuſcripta, adhuc latentia; ex quibus ſequentia hoc loco excitaſſe ſufficiet, reliquis *libro tertio*, in quo de hiſtoricis Auſtriacorum Principum ſigillatim agetur, reſervatis.

HENRICI GVNDELFINGII de Conſtantia, artium magiſtri, et eccleſiae Friburgenſis in Helvetia capellani, *hiſtoria Auſtriaca* anno 1476 compoſita et ſereniſſimo Archiduci Sigismundo dedicata, exſtat authentica in Auguſtiſſimae bibliothecae Viennenſis cod. MS. membr. inter hiſtor. Lat. 321. Fabulis quidem illa, dudum iam exploſis, ſub initium praeſertim referta eſt; multa tamen ceteroquin continet, quibus cum veritate hi-

Digitized by Google

hiſtorica quam pulcherrime convenit. Plura de hoc opere refert LAMBECIVS *comment.* L. VI. a pag. 465, et cl. KOLLARIVS *analect. Vindobon.* T. I. pag. 728 ubi etiam *tertia* illius *pars* integra procuſa exhibetur.

AENEAE SYLVII *hiſtoria Auſtriaca*, a primis terrae gentisque initiis ad annum 1458 perducta, opus eximium prorſus ac laudabile, hic referri meretur. Edidit, illud cl. ADAM. FRAN. KOLLARIVS, ex autographis auctoris codicibus bibliothecae Vindobonenſis palatinae, integrum, tomo IIII. *analectorum monumentorum omnis aevi Vindobonenſium*, ibidem 1762 in fol. publici iuris facto. Verum rurſus de hac hiſtoria fiet mentio, ubi ad *Fridericum* III *Pacificum* Aug. Deo volente, progreſſi fuerimus.

In H. CH. L. B. a SENKENBERG *ſelectis luris et hiſtoriarum* tomo V. comparet *Alberti* III et *Leopoldi* III. fratrum, *Ducum Auſtriae*, *chartularium* varii generis monumenta Auſtriaca annorum 1379 et 1380 complectens. Sequuntur paulo poſt *viginti* alia rariora et anecdota documenta Auſtriaca ex diverſis locis depromta, quae hiſtoriam patriae, a Friderici II.

Digitized by Google

aetate ad Maximiliani I. tempora, mirum in modum illustrant.

Inter codices manu exaratos latere adhuc videtur, quem typis datum fuisse ignoro, egregius sane dignusque qui e tenebris eruatur, liber IOAN. WILHELMI a GREYSSEN, L. B. in Wald et Sitzenberg, anno 1610 absolutus, et historiam Austriacam ab an. 1273 ad 1493 complectens, hoc titulo: *Oesterreichische Historien, aus den antiquitaeten, monumenten, brieflichen instrumenten, und hinterstelligen MSS. zusammen gebracht und beschrieben.* Pars haec operis secunda est, et quem vidi, chartaceus quidem codex in fol. Num pars prima, quae priora ante Habsburgicos Principes tempora narratione persequi debuit, aut an quoque tertia quaedam pars reipsa scripta fuerit? ignotum mihi est. Ceteroquin studium auctoris in eo potissimum commendandum est, quod non raro litteris publicis narrationes suas confirmet; quamquam his deficientibus, aliorum etiam historicorum sententiis facile, atque sine iusta fere ἀκριβείᾳ adquiescat.

Quos clarissimus vir ANDREAS FELIX OEFELIVS ex membranis et chartis

Digitized by Google

tis vetuſtis collegit, deſcripſit, monitisque praeviis, varia eruditione hiſtorica et critica refertis, inſtruxit, atque Auguſtae Vindelicorum anno 1763 volum. II in fol. typis dedit, *rerum Boicarum ſcriptores*, quemadmodum vicinis ceteris regionibus ita et Auſtriae ingens ſuccendunt lumen, atque inde univerſis hiſtoriae Auſtriacae cultoribus vehementer ſunt commendandi. Occurrunt autem in illis, qui in cenſum prae reliquis hoc loco venire merentur, fere ſequentes:

Tomo I. pag. 315 GEORGII SCHAMDOCHER breve chronicon rerum quarumdam ſub *Friderico* III. Aug. ab anno Chriſti 1440 ad 1479 geſtarum, ex auctoris autographo, adiectis nonnullis monumentis diplomaticis. — Pag. 698 IOANNIS AVENTINI de *urbe Bathavina*, quam noſtri Paſſavium dicunt, *narratiuncula*, quam ſequuntur *leges portoriae Boiorum*, (a) *excerpta diplomatica Paſſavienſia*, et *placitum Henrici Ducis Boiorum de limitibus* &c.

(a) [Easdem AVENTINVS L. IIII. *annalium* p. m. 479 edit. Ingolſtad. anno 1554, quibusdam in locis pleniores, refert.]

Digitized by Google

cleſiae Bathavienſis. — Pag. 731 breviſſimum monachi cuiusdam, forte Oſterchovenſis, *chronicon Auſtriacum* ab anno 1075 ad 1149.

Tomo II. pag. 99. *ſpecimen diplomatarii Boioarici* ex regeſtis potiſſimum AVGVSTINI KOELNERI et MICH. ARODENII tab. Boic. cuſtodum, ſelectum; in quo non pauca documenta Auſtriam ſpectantia occurrunt — Pag. 345 ANDREAE ZAYNERI archigrammataei Ingolſtadienſis *rerum bello Bavarico* ineunte ſaeculo XVI *geſtarum* a morte Georgii Divitis ad laudum Colonienſe *liber memorialis.* — Pag. 469 *ephemerides belli Palatino-Boici* ex AVG. KOELNERI libris tribus operis inediti, de bello Boico, concinnatae a cl. ERASMO VENDIO. (*a*) — Pag. 524 VOLCMARI abbatis Campi principum, *chronica* de geſtis Principum, a tempore Rudolphi Regis ad Ludovicum Imperatorem, unde multum lucis hiſtoriae Auſtriacae illius temporis affulſ-

(*a*) [Vtrumque hoc opus, quod *Maximiliani* I. Aug. res, ea tempeſtate geſtas, magna cum adcuratione enarrat, lectu dignum omnino eſt.]

Digitized by Google

affulget. — Pag. 557 LADISLAI SVNTHEIMII Ravenſpurgenſis, presbyteri Conſtantienſis, Viennenſis canonici, nec non Maximiliano I. Aug. a ſacris et hiſtoriis, *familiae Germaniae Principum* illuſtratae, unde varia genealogiam Principum Auſtriae illuſtrantia repeti poſſunt.

SIMON FRID. HAHNIVS tomo I *collectionis monumentorum*, veterum et recentiorum ineditorum, Brunsvigae 1724 in 8vo evulgato, exhibet IACOBI VNRESTI *chronicon Auſtriacum* praecipue dignum, conſitente cl. Hahnio, quod diligenter evolvatur; quum Friderici III. Imperatoris res geſtas, a regiminis primordio usque ad extremum vitae annum, candide, aperte, ſine ullo amoris odiique reſpectu, et luculenter deſcribat.

Celeberrimus RICHAR. STREIN, L. B. a Schwarzenau, Caeſari Rudolpho II. a conſiliis, et Mathiae Archiducis palatio praefectus, inſigne opus de iuribus Auſtriae infra Anaſum condidit, et eruditis hiſtoricis notis illuſtravit, quod nomine: *Landhandveſt — des Erzherzogthums Oeſterreich unter der Ens*,

Digitized by Google

Ens, in nonnullis patriae bibliothecis ineditum adhuc latet. Exemplar illius nitidissimum et prae aliis completum, in provinciali statuum Austriae inferioris domo, quae Viennae est, adservatur. Descriptum id fuit anno 1603 a PHILIPPO RENNER, cancellariae bellicae expeditore, ex Streinii autographo, iam anno 1595 ad finem perducto.

Idem cl. STREINIVS magna diligentia et adcuratione scripsit vernacula lingua: *Jahrbücher des Erzherzogthums Oesterreich ob der Ens*, qui annales publicam in lucem prolati nondum sunt, sed Lincii in bibliotheca statuum provinciae, manu exarati, custodiuntur. Conspectus huius operis, finis, et praestantia cognosci potest ex *epistola*, die 25 Martii anno 1599, ab auctore ad statuum Austriae supra Anasum deputatos data; cuius *extractus* in bibliotheca R. R. P. P. Augustinianorum Discalceatorum Viennae, in codice MS. maioris formae, cui titulus: *Varia manuscripta*, pag. 138 et 139 legitur, pariterque exstat integer in erudito cl. KAVZII alibi iam laudato opere; *Versuch*

Digitized by Google

ſuch einer Geſchichte der Oeſterreichiſchen Gelehrten, pag. 254 — 256.

Rariſſimi huius Streiniani MS. exemplum, ſuperiore ſaeculo in fol. deſcriptum, quod hucusque inter Trautſohniana cimelia delituit, iam nunc in bibliothecam illuſtr. D. B. a Prandau feliciter illatum eſt. Et quoniam tam eximia huius operis eſt raritas, praeſtantia et auctoritas, operae pretium me facturum exiſtimo, ſi exhibito ſaltem omnium titulorum in eo occurrentium indice, in compendium coacto, clare diſtincteque ob oculos poſuero, quaenam materiae in illo contineantur. Praemiſſa videlicet univerſi operis inſcriptione: *Annales hiſtorici, oder Hiſtoriſch Jahrtzeit Buech, des Ertzhertzogthumbs Oeſterreich ob der Enns. Anfangs aber die Beſchreibung vnd beſchaffenhait des obgedachten Lands zur Zeit vnd bey Regierung der Khönigen inn Norico. Durch Herrn* REICHARDTEN STREIN, *Herrn vonn Schwartzenaw &c. zuſamben getragen*; ſequitur provinciae huius ſtatus: *bey der Römer Regierung*, deinde agitur: *von Regierung der Fränckiſchen Khönigen — vnd Maior Domus; — der Khönigen in Bayrn; — der Teutſchen Khö-*

ni-

Digitized by Google

nigen vnd Khaiſer in Bayrn vnd ob der Enns, vnd dan der Hertzogen von Oeſterreich; von den Jüngern Gemerkhen, id eſt: limitibus, *des Landts ob der Enns.* Tum: *folgen die Annales für ſich ſelbſt, vnd anfangs bey der Khönigen in Norico Regierung*; ab anno ſaeculari ante reparatam humani generis ſalutem; poſtea: *bey der Römiſchen Khayſer Regierung; Hertzog in Bayrn vnd Landt ob der Enns*; *Statthalter in Bayrn vnd Landt ob der Enns*; *Khönig von Bayrn*; — *Hertzogen in Bayrn vnd im Landt ob der Enns*; — usque ad annum poſt Chriſtum natum 1156. Porro: *Praefecti ſive Marchiones Boiariae, Marggrauen ob der Enns*, ab anno Domini 662 ad 1156, eorumque res geſtae enarrantur. Tandem: *folgen die in den annalibus abſonderlich geſetzte, an dieſem Obrt aber den Jahren nach zuſambgetzogene Zwo Rubricen Allſs Hertzogen vonn Oeſterreich vnd Landſchafft ob der Ennſs*, ab anno Chriſti 1170 ad 1556, in quam potiſſimum operis partem diffuſius elucubrandam, clariſſimus auctor ſummo ſtudio eoque magis incubuit, quo propius ſuam attigit aetatem. Poſtremo appendicis inſtar laudato huic codici ſubnexa ſunt ſequentia eiusdem

cele-

Digitized by Google

celeberrimi auctoris opuſcula: 1mo. *Rubrica der Römiſchen Khayſer von anno* 100 *ante nativitatem Chriſti bis* 492 *nach deſſen geburdt*; 2do. *Rubrica der Khönig von Franckhreich vnd Metz*, ab anno Domini 490 ad 781; 3tio. *Maiores Domus ſive Magiſtri Equitum*, *Grosbofmaiſter*, *Maire de Palais*, ab anno 662 ad 750; 4to. *Römiſche Khayſer und Khönige*, ab anno 801 ad 1530; 5to. *Rubrica der Landshaubtleüth oder Landrichter ob der Enns*, ab anno 1204. ad 1559; 6to. denique: *Bricht die Statt Lyntz betreffend*, ubi rhythmis germanicis huius urbis, Auſtriae ſupra Anaſum principis, origo fataque compendio enarrantur.

IOAN. CVSPINIANI *Auſtriam*, magna ſui parte huc quoque pertinentem, parte I. L. I. S. I. C. II. §. I. laudavimus.

Quod in IOAN. IAC. MOSER *bibliotheca manuſcriptorum* maxime anecdotorum eorumque hiſtoricorum, Norimbergae 1722 in 4to procuſa, legitur volumen variorum iurium, privilegiorum et diplomatum antiquorum; *Auſtriaca* praeſertim continet, et iure quodam merito commendatur.

Et

Digitized by Google

Et quoniam *monaſteriorum Auſtriae* (*a*) *chronica*, qualia ſunt: Cremifanenſe, Mellicenſe, Claravallenſe, Campililienſe, Lunaelacenſe, &c. univerſam ſimul Auſtriae hiſtoriam exponunt: operae pretium erit, patriae omnis aevi ſtatum noſcere cupientibus, illa ſollicite evolvere. Quae tamen, quum parte I. L. II. C. II. §. I. nos alioqui recenſuimus quam plurima, hic repetere, ſupervacaneum exiſtimo; ac proinde lectores ad laudatum modo locum remitto.

His itaque ſubſidiis potiſſimum inſtructus R. P. MATHIAS FVHRMANN in ſuorum popularium uſum, eorumque commodum, quorum res anguſta domi maioris molis pretiique volumina comparare prohibet, laudabili induſtria indefeſſoque labore illud, cuius parte ſuperiore mentio iam aliqua facta

(*a*) [Idem, quod hic de chronicis monaſteriorum *Auſtriae*, porro non recoquendis, damus monitum, de *Styriae* quoque, *Carinthiae*, ceterarumque Germaniae Auſtriacae provinciarum, de quibus in ſequentibus §. §. erit tractatio, coenobiorum annalibus, parte huius operis prima enumeratis, comparate intelligendum eſt.]

Digitized by Google

ta eſt, congeſſit opus, publicique iuris fecit plurimis figuris aeri inciſis exornatum, Viennae ab an. 1734 ad 1737, voluminibus quattuor in 8vo, hoc titulo: *Alt- und neues Oeſterreich.* Complectitur autem pars I. *compendieuſe univerſal- Hiſtorie von dem alt- und neuen, geiſt- und weltlichen Zuſtand dieſes Landes; nebſt topographiſcher Nachricht, chronologiſch- und genealogiſcher Beſchreibung Oeſterreichiſcher Fürſten*; pars II. *compendieuſe particular- Hiſtorie von den auserleſenſten Denkwürdigkeiten; geiſt- und weltlich — Oeſterreichiſchen Geſchichten bis auf dieſe Zeiten*; pars III. *Oeſterreichiſche Chorographie oder Lands- Beſchreibung der alten Zeiten vor und unter den Römern, ſammt einer — hiſtoriſchen Nachricht vom Aufkommen der Europäer, beſonders der Teutſchen, Gallen, und Römern; auch welcher Geſtalt Oeſterreich dieſſeits der Donau unter die Römer kommen —*; pars IIII. *Oeſterreichiſches Heydenthum, oder Völker — Beſchreibung der alten Zeiten vor und unter den Römern, worinn eine — Nachricht von den — hieſig — älteſten Völkern, derſelben Migration, Sitten, — zur Kriegs- und Friedens- Zeit — enthalten.* Dolendum tamen, auctorem in hoc ceteroquin non contemnendo

Digitized by Google

opere, criticis et diplomaticis fundamentis temporum iniuria aut ſaepe deſtitutum, aut rarius, quam par erat, uſum fuiſſe.

Idem de patria noſtra bene meritus FVHRMANNVS ſub finem vitae ſuae in lucem dedit: *Allgemeine Kirchen- und Weltgeſchichte von Oeſterreich &c. m. Kupfern und Münzen. Wienn* 1769. *in* 4to. Promiſit quidem in: *Alt- und neuem Oeſterreich*, P. IIII. praefat. ſeſe numeris omnibus abſolutam, ſacram aeque ac profanam, hiſtoriam Auſtriae univerſalem editurum, cui pars III et IIII. laudati modo operis prodromi loco eſſe deberent: attamen viribus deſtitutus, ſenioque fractus conatus ſuos perficere non potuit, primumque dumtaxat volumen, quod 337 a Chriſti Nativitate annos complectitur, in publicum emiſit.

Maiore cum iudicio, claſſicorumque auctorum, & diplomatum genuinorum ope adiutus, celeberrimus FRANC. FERDIN. a SCHROETTER Viennae 1771. in 8vo typis commiſit: *Verſuch einer Oeſterreichiſchen Staatsgeſchichte von dem Vrſprunge Oeſterreichs bis nach deſſen Erhö-*

hung

Digitized by Google

hung in ein Herzogthum; ſammt einer vollſtändigen Erläuterung des Oeſterreichiſchen Freyheitsbriefes von Jahre 1156; qui liber ob rerum, politicum Auſtriae ſtatum illuſtrantium, copiam et praeſtantiam, ſummopere probatur eruditis.

Ad *Auſtriam* porro *ſupra Anaſum* in primis pertinet R. P. IOS. BENEDICTI HEYRENBACH *Grundſätze der älteren Geſchichte Oeſterreichs, Linz* 1776 in 8vo. Inſignem hoc opuſculum prodit eruditionem auctoris in re diplomatica. Optandum tamen eſſet, ut ſtilum hiſtoricum magis, quam floridum et non raro tumidum adhibuiſſet. Praecipue vero demonſtrare conatur vir doctiſſimus, Boioariae Ducatum priſcis temporibus nequaquam fuiſſe liberum, aut Auſtriae ſupra Anaſum pleno iure unquam imperaſſe, ſed provinciam hanc pariter atque illam Francicis Regibus omnino ſubiectam fuiſſe.

Hiſtoriam LITTERARIAM Auſtriae quodammodo adumbratam, ſiſtunt ſcriptores illi, quos ſuperiore parte I libro II. capite tertio §. 4. n. 2. 5. 8. et 10. praeſertim, nec non libro III. cap. I. et cap. IIII. §. 4. recenſuimus.

Digitized by Google

Statum RELIGIONIS, quae omni aetate in Archiducatu Auſtriae floruit, praeter ſupra laudatam S. SEVERINI vitam, ab EVGIPIO ſcriptam, monaſteriorum chronica alibi *parte* praeſertim *prima* ſuis locis, iam recenſita, maximam partem exponunt. Singulatim autem huc referendi ſunt ſcriptores ſequentes: R. P. HIERONYMI PEZ diſſertatio (*a*) *de iis qui chriſtianam religionem primum in has oras importarunt, aut importatam ſtudioſius propagarunt.* Primos ac praecipuos dumtaxat doctiſſimus auctor indagat, ſtatuitque Auſtriae apoſtolos; exploſa fabuloſa eorum opinione, qui verſibus (*b*) in turri civitatis Aniſiae publice proſtantibus, fidem habentes, exiſtimant: ſanctos Marcum et Lucam fidem Chriſti in has terras

(*a*) [Huius diſſertationis, ordine quartae, *ſcriptoribus rerum Auſtriacarum* praemiſſae ſuperiore capite meminimus.

(*b*) Verſus ſunt ſequentes:

„ *Aſpicis exiguam, nec magni nominis urbem,*
„ *Quam tamen aeternus curat, amatque Deus.*
„ *Haec de Laureaco reliqua eſt: bis Marcus in oris*
„ *Cum Luca, Chriſti dogma profeſſus erat.* „]

Digitized by Google

ras invexiſſe. R. P. BERTHOLDVS RIZELIVS quoque breviſſimam diſſertationem, *quonam tempore et a quibus fidei chriſtianae lumen in oris nunc Auſtriacis fuerit accenſum?* operi ſuo, quod *Auſtriae ſanctae ac beatae* nomine Auguſtae 1750 in fol. c. figg. editum eſt, praefixit. Propoſuit ſibi quidem RIZELIVS, non minimam partem hiſtoriae religionis Auſtriacae in lucem proferre; dum acta et vitas ſanctorum eorum, qui a primo iam inde Chriſti ſaeculo ad hanc usque aetatem cum ſtrenue axantlatis in vinea Domini laboribus, tum aliis ſanctitatis ſuae, dum viverent, radiis, eam, quam nunc Auſtriam adpellamus, regionem illuſtrarunt, adiecta rerum dubiarum criſi deſcribere adgreſſus eſt: attamen, evulgato volumine primo, neſcio quam ob rem? manum a tabula removit. R. P. MARCVS HANSIZIVS, vir omni laude noſtra maior, dum *Germaniam ſacram* molitus eſt, (*a*) tomo I, Auguſtae 1727 in fol. evulgato, me-

(*a*) [Vid. partis prioris L. II. C. I. ubi de *topographis generalibus* Germaniae Auſtriacae egimus.]

Digitized by Google

tropolim Lauriacensem, cum episcopatu Pataviensi chronologice proposuit. Hic de antiquitate, dignitate, et amplitudine metropolis Lauriacensis, cui patrum nostrorum memoria omnis prope Austria subiecta erat, de fundatoribus quoque eiusdem tractat, et quum per decursum operis res gestas episcoporum Lauriacensis primum, tum et Pataviensis ecclesiae, ad quam, Lauriaco per Hunnos saeculo VIII. vastato, sedes episcopalis a Vivilone translata fuit, usque ad annum 1726 enarret, omnes quoque religionis vicissitudines, quas Austria unquam perpessa est, adcurate exponit. (*a*) De nefanda *haeresi Adamitica*, in variis Austriae locis saeculo XIIII. grassante, ANONYMI brevem *narrationem*, ex codice MS. canoniae San-Florianensis desumtam, H.

PE-

(*a*) [Operae pretium est, praeter scriptores eos, quibus auctor per decursum sese usum fuisse, singulis prope paginis ingenue confitetur, perlustrare quoque MSS. illa, ex bibliotheca Caesarea potissimum extracta, quorum elenchus post praefationem lectoribus liberaliter offertur.]

Digitized by Google

PEZIVS tomo II S. R. A. inſeruit. *Evangelicae Lutheranae* eccleſiae in Auſtria ortum, incrementa, et interitum de induſtria luculenterque deſcribit BERNARDVS RAVPACH in *Evangeliſchem Oeſterreich*; *d. i. hiſtoriſcher Nachricht von den vornehmſten Schickſalen der evangeliſchen Kirchen in dem Erzherzogthum Oeſterreich unter und ob der Enns*; *anfangs aus einigen bekannten Scribenten kürzlich verfaſſet, und darauf in* dreyen Fortſetzungen *erläutert, und verbeſſert, alſo daſs in der* erſten, *was von an.* 1520 *bis* 1580 *merkwürdiges vorgefallen*; *in der* zweyten, *die an.* 1580 *von den Evangeliſchen Ständen in Niederöſterreich angeſtelte groſse Kirchen — Viſitation*; *und in der* dritten, *was ſich von an.* 1581 *bis auf gegenwärtige Zeit in dieſer Kirchen zugetragen hat, aus theils gedruckten, theils geſchriebenen Vrkunden umſtändlicher ausgeführet worden*; *nebſt einer* presbyterologia Auſtriaca, *welche mehr denn* 400 *evangel. Prediger, ſo in Oeſterreich im öffentlichen Lehramt geſtanden, ſamt einiger Nachricht von derſelben Leben, Schickſalen und Schriften in ſich faſſet, und einer kleinen* Nachleſe *einiger Nachrich-*

Digitized by Google

richten und Urkunden; welchem noch ein chronologiſches Regiſter *dieſer ganzen Kirchengeſchichte beygefüget iſt. Hamburg; fünf Bände in 4to.* Pars prima anno 1732; ſecunda cum duabus cl. IOAN. GEORG. SCHELHORNII epiſtolis, varii generis animadverſiones continentibus, an. 1736; tertia an. 1738; quarta an. 1740; quinta *presbyterologiam* complectens, an. 1741 procuſa eſt; quam an. 1744 duplex ſequutum eſt *ſupplementum*, presbyterologiae unum, et documentorum alterum. Excuſſit doctiſſimus auctor omnes, quotquot licuit, hanc materiam vel in transcurſu ſolum pertractantes ſcriptores, cum plurimis arcanis ineditorum monumentorum ſcriniis, et optima quaeque ex illis in uſum convertit ſuum, ita ut iam parum eidem addi poſſe videatur. Quin et opere ſuo bibliothecam fere offert librorum et documentorum his, qui geſta ſingula uberius expoſita legere deſiderant; quo proinde hiſtoriae huius ſtudioſos remitto, ut ſcriptoribus, ab ipſo fideliter magnoque numero laudatis, hoc loco denuo enumerandis, ſupерſedere poſſim. Interea catho-

Digitized by Google

tholicum doctissimi huius scriptoris lectorem serio commonere oportet, ut iustam eamque criticam in eo pervolvendo cautionem adhibeat, propterea quod ille plus aequo protestantium, partibus favere videtur, et nonnunquam praeceptis animo opinionibus abreptus, falsa veris admiscet. Ceterum dolendum omnino: clarissimum virum, morte occupatum, fidem datam, de edenda consimili modo, ecclesiae *Lutheranae* in provinciis *Austriae interioris* historia, praestare non potuisse. Coniungendus cum hoc alius cl. IOANNIS BAPT. de GASPARIS praestantissimus liber, qui a defuncti auctoris fratre R. P. LAZARO GASPARIO ordinis F. F. Praedicatorum Venetiis 1775. in 8vo hac cum epigraphe typis datus est: *De protestantium Germanicorum in catholicos gestis historica narratio*. Est vero is totus ex *historia Lutheranismi in archiepiscopatu Salisburgensi*, quam I. B. GASPARIVS conscribere orsus est, decerptus, et non solum ob Romani stili nitorem et gravitatem, sed et stabilitam solidis testimoniis narrationis veritatem commendandus. Ad primorum temporum re-

Digitized by Google

formationis Lutheranae in Austria historiam pertinent sequentia eximiae raritatis opuscula: *Sententia lata contra Caspardm Thauber civem Viennensem olim Lutheranae sectae imitatorem*; cui subnectitur: *Widerruef etlicher verdambter yertung mit vrtayl vnd recht auffgelegt vnd erkant zu Wienn in Oesterreich.* 4to. — *Sententia contra Iacobum Peregrinum, Patavien. dioecesis presbyterum Lutheranae haereseos assertorem, lata in urbe Viennen. Austriae, Tertia Septembris, Anno a Christo nato* M. D. XXIIII. Adiungitur: *Widerrueff herr Iacob Peregrinus briester Passawer bistumbs, mit vrtail vnd recht auffgelegt vnd erkant zu Wienn in Oesterreich.* 4to. — *Sententia contra Ioannem Vaesel Novae civitatis presbyterum: Lutheranae haereseos assertorem: lata in urbe Viennen. Austriae: Vltima Septembris. Anno a Christo nato.* M. D. XXIIII. Sequitur: *Widerruff herr Hans Vaesel briester von der Newenstat, mit vrtail vnd recht auffgelegt vnd erkant zu Wienn in Oesterreich.* 4to. Et hoc postremum opusculum cl. BERN. RAVPACH continuatione prima *des erläuterten evangelischen Oesterreichs*, addit. pag. 44. recudendum cu-

Digitized by Google

curavit. — D. IOANNIS FABRI *Vrſach warumb der Widerteuffer Patron vnd erſter Anfenger Doctor Balthaſar Hubmayr zu Wienn auff den zehendten tag Martii Anno* 1528 *verbrennet ſey. Wienn* ſ. a. in 4to. Singularis raritatis libellus eſt, lectuque dignus, qui Viennae 1556 in 4to prodiit: *Supplication der Nieder-Oeſterreichiſchen Erb-Landt, der Römiſchen, Vngeriſchen, und Böhmiſchen Königl. Maj. durch viertzig herrliche Männer, das heilig Evangelion aus Gnade zuzulaſſen und vergönnen überantwortet auch mit dem Fuſs-Fall und vnterthänigſten hertzlichen Bitt gethan, und begehrt haben.* — Huic accenſeri meretur GEORGII EDER *Warnungsſchrifft an den vierten ſtand der löblichen Stätt vnd Märckt, einer Erſamen Landſchafft in Oeſterreich vnder vnd ob der Enns; daſs man Gott in Religion vnd Glaubensſachen mehr gehorſamen ſolle, als den Menſchen. Ingolſtat* 1580. in 4to. — Quibus *ritibus* ac caerimoniis proteſtantes eccleſiae miniſtri in Auſtria potiſſimum uſi fuerint, diſcimus ex: *Chriſtlicher Kirchen Agenda, wie die von den zweyen Ständen der Herrn vnd Ritterſchaft, im Ertz-*

her-

Digitized by Google

hertzogthumb Oeſterreich vnter der Enns, gebraucht wird. Anno MDLXXI. in fol. Cui libro quamquam nullus impreſſionis locus additus ſit, tamen non eſt dubitandum, quin Steinae, ubi typographeum Caeſarea cum facultate ab evangelicis tunc erectum fuit, prope Cremſium is omnium primus procuſus fuerit. Auctor illius princeps erat DAVID CHYTRAEVS, qui tamen ob varias additiones, aliena manu factas, opus nunquam agnovit ſuum. (*a*) Et quum infrequens prorſus hic liber ſit, lectoribus non iniucundum fore arbitror, ſi capitum ſaltem elenchum, ex eo decerptum, hic protulero; videlicet: „ I. *Ordnung der Predigten.* II. *Von der* „ *heiligen Tauffe.* III. *Vom Catechiſmo.* IIII. „ *Von der Confirmation.* V. *Von der Beicht* „ *vnd Abſolution.* VI. *Von Chriſtlicher Zucht* „ *vnd*

(*a*) [Quid ob hunc caerimoniarum librum tam ſcribendum quam edendum hinc atque inde geſtum fuerit, pluribus exponit BERNARDVS RAVPACH in *Evangeliſchem Oeſterreich* Vol. I. II. et V. dignus omnino, qui ea de re conſulatur.]

Digitized by Google

„ vnd dals der Bann rechtmäſſig vnd mit ge-
„ bührlicher beſcheidenheit gebraucht werde.
„ VII. Ordnung der heiligen Meſs oder Ad-
„ miniſtration des Hochwirdigen Sacraments
„ des Leibs vnd Bluts Ieſu Chriſti. VIII.
„ Von Feſten vnd Feyertagen die man das
„ Iar über beyligen, vnd mit der Predigt
„ Göttliches Worts, reichung des heiligen Sa-
„ craments, Gemeinen Gebeten, Lectionibus,
„ Geſängen, vnd andern Ceremonien ſolen-
„ niter halten ſol. VIIII. Ordnung der Lection,
„ Geſäng, vnd Kirchenübungen, ſo täglich
„ zur Veſper vnd Metten, Item vor vnd
„ nach der Predigt, am Sontage vnd ſonſt
„ durch die ganze Wochen gehalten ſollen
„ werden. X. Von gemeinen Gebetten, Ver-
„ ſickel, Collecten, vnd Litanien, XI. Von
„ heiligen Eheſtandt, vnd wie man die Ehe-
„ leut Chriſtlich einleyten, ſegnen, vnd zu-
„ ſammen geben ſol. XII. Von beſuechung der
„ Krancken, Nemlich wie man Krancke, ar-
„ me, betrübte, Gefangene, vnd zum Todt
„ verurtheylte, Chriſtlich vnterrichten, trö-
„ ſten, vnd Communiciren ſol. XIII. Vom
„ Begräbnus der Todten. „ Eiusdem cl.
DAVIDIS CHYTRAEI *epiſtolae* et *ora-*
tio-

Digitized by Google

tiones (*a*) Hanoviae 1614 vol. duobus in 8vo, per Davidem Chytraeum auctoris filium, editae, hoc loco maiorem in modum sunt commendandae. Complectuntur quippe illae; atque in primis epistolae lectu iucundissimae, uberrimam ea-

(*a*) [Inter orationes eminet primum illa, quam *de statu ecclesiarum hoc tempore in Graecia Asia, Boëmia &c.* post reditum ex Austria, die 18 Octobris anno 1569. habuit; tum ea, quae 25 Ianuar. 1577, *de Maximiliano II. Imperatore*, in academia Rostochiensi a Io. Cyriaco L. B. in Polheim recitata est. — In illam doctissimus ANTONIVS POSSEVINVS non sine victoriae spe exsurrexit, singulari eoque eleganti scripto libello, *adversus Davidis Chytraei haeretici impostoras, quas in oratione quadam inscruit, quam de statu ecclesiarum hoc tempore in Graecia, Asia, Africa, Vngaria, Boëmia inscriptam edidit, et per Sueciam ac Daniam disseminari curavit.* Prolatus is in lucem est, opera NICOLAI MYLONII theologi Germani, Ingolstadii 1583 in 12mo. — Vitam celeberrimi *Chytraei*, quattuor libris conscriptam, publici iuris fecit OTTO FRID. SCHVETZIVS Hamburgi 1720 et 1727, cui multa ad historiam ecclesiarum evangelicarum in Austria, &c. spectantia documenta inserta sunt.]

Digitized by Google

earum rerum notitiam, quae religionis ergo in Austria provinciisque vicinis actae fuere. In quibus tanto certior auctori fides historica habenda est, quanto gravior illius ea tempestate his in terris fuit auctoritas, maiorque evangelicae, quam vocant, protestantium doctrinae propagandae sedulitas. — FERDINANDI DONRAETL *Beschreibung der abscheulichen Persecution und Reformation der Römischen Kirche, so bisbero in Böhmen, Schlesien, Mähren, den Oesterreichischen Landen, Pfalz und dem römischen Reich geführt und durch alle Welt hindurch zu führen, von dem Iesuiterischen Geist entschlossen. Franckfurt* 1631. 12mo. plus titulo promittit, quam complectatur. Nam rarius ceteroquin hoc opusculum, non historiam persecutionum, sed doctrinam theologicam et politicam, de iis aequo animo perferendis, exponit. — Digniora lectu continet MATTHAEI RADERI *apostolicus religionis catholicae per Austriam reliquamque Germaniam propugnator, Petrus Canisius* historice descriptus, Viennae 1697 in 12mo, cui subiuncta sunt eiusdem *acta Viennensia*, ex illius vitae commentariis, a FRANC. SACCHINO col-

Digitized by Google

collectis, desumta. Denique praeter FRANC. CHRISTOPH. Comitis KHEVENHVELLER *annales Ferdinandeos* de quibus alio loco recurret sermo, legi meretur *conspectus historiae Vniversitatis Viennensis*, parte I. libro II. C. III. §. IIII. n. 2. recensitus, in quo non solum quae in Vniversitate sed et per omnem Austriam in caussa religionis gesta sunt, iusto eoque adcurato compendio referuntur. Postremo his accensenda sunt complura *decreta Caesarea* Ferdinandi II. et III. Augg. reformationis caussa an. 1627. 1634. 1638. 1645. 1651. 1652. et 1655. promulgata, et *codici Austriaco* inserta. Legi etiam iure merentur: *Gravamina Religionis Catholicae, et in specie Archi-Dioeceseos Viennensis contra haereticos accrescentes.* &c. quae ab eminentissimo Cardinali et Archiepiscopo Viennensi SIGISMVNDO a KOLLONITSCH Carolo VI. Aug. anno 1736 germanica lingua praesentata, et Viennae in fol. typis data sunt. — De subditis Austriacis, qui nostra aetate a sacris Romanis ad sectam protestantium defecerunt, agunt inter alia: *Kais. Königl. Rescripta an den Erz-Herzoglich-Oesterreichischen Directorial-Ge-*

Digitized by Google

Geſandten zu Regenſpurg Freyherrn von Buchenberg &c. das Religions-Weſen in Ober-Oeſterreich, Steyermark, und Kärntben betreffend; an. 1755. f. l. in fol. Neque ſilentio praetereundus rariſſimus libellus, defenſionem proteſtantium Statuum Auſtriae ſupra Anaſum continens, qui ſine auctoris et loci nomine publici iuris factus eſt, hac cum epigraphe: *Auf der Röm. Kayſerl. auch zu Hungarn und Böheim Kön. May. Herrn Herrn Ferdinanden II. Ertzhertzogen zu Oeſterreich unter und ob der Enſs &c. Vnſers allergnädigſten Herrn, beſchwerliche Commiſſions-Reſolution, oder Declaration cum Mandato an gemeine Stände vnd Inwohner deſs Ertzhertzogthums Oeſterreich ob der Enſs, vom Dato 30 Iunii, 1620. Derſelben Erſamen Landſchafft notwendige gegründte, vnd allergehorſamiſte kurtze Verantwortung wegen ihres allzulangwirigen ſtillſchweigens. Auſſer Lands geſtellt vnd gedruckt, Anno Chriſti MDCXXI. in 4to.* et recuſus eadem forma an. 1622. Refutare conatur anonymus auctor, infirmis profecto argumentis, ſingula decreti Caeſarei, quod integrum praemittitur, puncta, Statuumque provincialium ſupra Anaſum acta adverſus

Digitized by Google

quasvis criminationes defendere; vel ob hoc unicum lectu non indignus, quod in notulis, margini adpositis, scriptorum, plerumque incognitorum, notitiam praebeat, quae illorum temporum historiam multum illustrant. Eius vero generis libelli, turbulentis illis temporibus, non pauci in publicum prodiverunt; ex quibus sequentes, nostra aetate rariores, breviter indicasse sufficiet: *Relation der Vnter- und Ober-Oesterreichischen Evangelischen Stände Abgesandten nach Wien, allda zwischen Ih. K. May. zu Hungarn &c. vnd ihnen denen dreyen Oesterreichischen Evangelischen Ständen der Eyd tractirt, und geschlossen worden.* 1610. in 4to. — *Copia der überreichten gravaminum &c. von den Evangelischen dreyen Ständen des Ertzhertzogthums Oesterreich unter und ob der Ens.* 1618. in 4to. — *Der Evangelischen drey Stände des Ertz-Hertzogthumbs Oesterreich unter der Enss Augsp. Conf. zwo unterschiedliche Schriften, so sie unlängst bey algemeinen Land-Tage in der Stadt Wien verfertiget, darinnen sie unter andern zeigen: wie ihnen hochbeschwerlich vorkömbt, dass I. Kayss. May. ohne Rath und Vorwissen der Länder, gegen die Evangelischen Stände des*

Digitized by Google

Königreichs Böheim einen Krieg angefangen: wie ſie gleichermaſſen in ihrer chriſtlichen Religion von den Römiſch-Catholiſchen bis anhero verfolget und Bedränget worden. 1619. 4to. — *Wunderbare heimliche Offenbahrung und Colloquium, oder wahrhaffter wohlgegründter Verlauff des jetzigen leydigen Zuſtands in Oeſterreich.* 1620 in 4to — *Gewechſelte Schrifften zwiſchen Ertz-Hertzog Ernſten, und einem der Augſpurgiſchen Confeſſion zugethanen Herrn von den Herrn und Ritterſchafft in Religions-Sachen*; quae laudat OTTO FRID. SCHVETZIVS in vita *Dav. Chytraei.* — *Diſcours, was die Stände des Ertzhertzogth. Oeſterreich ob der Enſs, ſonderlich die 3 Evangeliſche politiſche Stände bey jetzigen gefährl. Zuſtand fürnehmlich zu bedencken, und ob ſie in die Begehren ſo von Hof aus an ſie geſucht worden willigen, oder ſich entſchuldigen wollen.* &c. &c. 1619 in 4to. — Demum legi omnino meretur CHRISTOPHORI ab VNGERSDORFF *Chriſtliche Gratulation an die Evangeliſche Landſtänd inn Oeſterreich, Wegen behaupter vnd erhaltener Augſpurgiſcher Confeſſion*, quae ſine loci mentione anno 1610, et ſecundis curis anno 1614 in 4to. prodiit, firmiſſimisque argumentis

Digitized by Google

Austriae Status a sectaria Lutheri doctrina amplectenda dehortatur. Cum hoc vero doctissimo opere coniungenda eiusdem auctoris apologia, sive *gründliche Veran w rtung seiner Glückwünschung an die Euangelische Stände in Oesterreich — wider der Pfalznew burgischen Predicanten Narrenbuch*, quae anno 1615 in 4to s. l. lucem vidit. — Postremo non omittenda, quae charta typisque nitidissimis s. l. et a. in 4to. in publicum emissa sunt: *Privilegia vnd Resolutiones Maximiliani II, Rudolphi II, Matthiae, vnd Ferdinandi II. So dieselben denen Löbl. Ständten, von Herren vnd Ritterschafft, auch Stätten, Märckten vnd Vnderthanen Vnder vnd Ob der Enss, von Anno 1571 bis 1627 ertheilt vnd confirmirt haben: Crafft derselben Ihnen — das offenbahre Exercitium Religionis Augustanae Confessionis, wie auch die in Oesterreich auff allergnädigste Bewilligung verfast vnd gedruckte Kirchen-Agenda, neben haltender Buchführerey vnd Verkauff der Evangelischen Bücher — zuvben, zuhaben, vnd zugebrauchen — versprochen.*]

§. II.

Digitized by Google

§. II.

SCRIPTORES STYRIAE.

[C]onterminam Auſtriae STYRIAM ingrediimur; nobiliſſimi huius Ducatus ſcriptores hiſtoricos enarraturi. Quos inter principe loco nominandus, iam priore parte L. II. C. II. §. II. pag. 141 laudatus R. D. AQVILINVS IVLIVS CAESAR Canon. Regularis Voravienſis, ob editos *Ducatus Styriae annales* cum adiecta vicinae Bavariae, Auſtriae, Carinthiae, Salisburgi, Aquileiae &c. hiſtoria, in quantum ea ad res Styriae illuſtrandas conducere videtur. Praeclari huius operis *tomus* I. de Styria' veteri, et chriſtianae in ea religionis initiis usque ad ſaeculi XII exitum, *tomus* II. de rebus Styriae, ab anno 1192 ad 1330 ſub Babenbergicis Principibus mox vacantis, tandem ſub Habsburgo-Auſtriacis Principibus, Alberto I, et Friderico III. Pulchro, conſtitutae, *tomus* III. quousque ſolum doctiſſimus auctor ad hunc diem progreſſus eſt, de geſtis ſub Auſtriae Archidu-

Digitized by Google

cibus ad annum 1519 agit. Singulis voluminibus, Graecii partim, partim Viennae ab anno 1768 ad 1777 in fol. emissis, *diplomata* quam plurima sub finem adiecta sunt, notis criticis et historicis, genealogias nobilitatis Styriacae potissimum spectantibus, illustrata.

Idem clarissimus vir, ut desiderio popularium suorum satisfaceret, compendium velut maioris sui operis vernacula lingua Graecii 1773, nomine: *Beschreibung des Herzogthums Steyermark*, in lucem dedit, ad excessum Caroli VI. Augusti, voluminibus duobus in 8vo perductum, in quo uterque tam ecclesiae quam imperii status per omnes aetates breviter ob oculos ponitur. Recensuimus illud P. I. L. I. S. I. C. II. §. II. pag. 25, et L. II. C. II. §. II. pag. 147.

Celebre quoque nomen inter Styriacae historiae scriptores dudum consequutus est] VALENTINVS PREVENHVBER (*a*), cuius parte priore diversis

(*a*) [Erat is societati ferrariae Styrensi *a secretis*, et in scribendis his annalibus, praeter complura auctorum opera typis data, *tabulario* urbis

Digitized by Google

ſis locis meminimus. Praecipuam ex illius operibus, Norimbergae an. 1740 in fol. evulgatis, laudem merentur *annales Styrenſes*, qui non ſolum originem ac fata ſingularia civitatis Styrae ſpeciatim, ſed et hiſtoriam Archiducatus Auſtriae Styriaeque generatim exponunt *libris decem*, quorum *primus* ab urbe condita, h. e. anno poſt Chriſtum natum 735 incipiens, deſinit anno 1188; *ſecundus* anno 1282; *tertius* anno 1404; *quartus* anno 1457; *quintus* anno 1493; *ſextus* anno 1519; *ſeptimus* anno 1564; *octavus* anno 1576; *nonus* anno 1608; *decimus* tandem anno 1619 terminatur. Iidem annales, litteris minutis *ſcripti*, in bibliotheca publica Vindobonenſi, cui a conditore Windhagianae nomen eſt, inter hiſtoricos n. 511 exſtant. [At longe elegantius exemplar cum inſignibus pictis, et appendice inedita, in bibliotheca Viennenſi R. R. P. P. Auguſtinianorum in Via Regia conſervatur.

 Eius-

urbis *Styrae*, et vicini monaſterii *Garſtenſis*, nec non *manuſcriptis* Richardi *Strein*, Chriſtophori *Iordani*, Ioſephi *Grienboeck*. Erhardi *Wildtii*, Wolfgangi *Schitzenaueri*, et Laurentii *Pichleri* ſeu *Collini* uſus fuit.]

Digitized by Google

Eiusdem *caſtrum Styrenſe*, quod P. I. L. II. C. II. §. I. pag. 138 laudavimus, huc quoque pertinet. Praeſertim vero illius *hiſtoria Comitum, Marchionum, et Ducum Styriae* hic commendanda, quae reliquis ſcriptis Norimbergenſis editionis an. 1740 in fol. inſerta eſt, hoc titulo: *Alt-Steyermark d. i. kurze hiſtoriſche Erzehlung von Ankunft, Leben, und Tod, der längſt abgeſtorbenen hochgebohrnen und durchleuchtigen Grafen, Markgrafen, und Herzogen von Steyer, aus unterſchiedlichen hiſtoricis, manuſcriptis, und brieflichen Vrkunden zuſamm getragen.* Inchoatur hiſtoriae ſeries ab *Alberone*, qui circa annum 960 vixerat, et perducitur usque ad *Ottocarum* VI. Ducem Styriae, qui anno 1192 obiit, poſteaquam an. 1186 Ducem Auſtriae *Leopoldum* VI. *Virtuoſum* ſollemni donationis inſtrumento ſexto decimo cal. Septembris in monte S. Georgii apud Anaſum forum dato, quod a noſtro Preuenhubero integrum exhibetur, heredem inſtituit. In bibliotheca Caeſarea Vindobonenſi, teſte LAMBECIO *Comment.* L. II. p. m. 877 edit. Kollarianae, cod. Iur. Civil. 82. chartaceo in fol. habetur 1mo. idem di-

Digitized by Google

diploma, quo Leopoldus (*a*) ſucceſſor declaratur, ſimulque antiqua Ducatus *Styriae privilegia* recenſentur et confirmantur; 2do. eiusdem *confirmatio*, per *Fridericum* II. Aug. promulgata in caſtro Cremonae an. 1249; 3tio. diploma *Rudolphi* I. Caeſaris Vindobonae an. 1277 germanica lingua datum, quo ſupra memorata Styriae privilegia confirmantur et augmentantur; 4to. alia *confirmatio* per Archiducem Auſtriae *Albertum* cognomine *Sapientem* et *Contractum* anno 1339 vernaculo idiomate promulgata; 5to. tandem *Friderici* Archiducis, Leopoldi Probi filii, *confirmatio* anno 1424 germanica lingua edita.]

Subiungimus academiae Graecenſis, ſeu potius cl. P. PETRI SCHEZ, quem verum auctorem ferunt, *hiſtoriam Ducum Styriae* Imperatori Carolo VI, dum auſpicatiſſimum calendis Octobribus natalem diem Graecii ageret, dicatam, ibidemque anno 1728 in fol. procuſam, adiectis ſingulorum Ducum, ad ipſum usque Carolum VI, imaginibus

(*a*) [Vocatur is h. l. a Lambecio errore aliquo *Victorioſus*.]

Digitized by Google

aeri inciſis. Diviſa eſt haec hiſtoria, quae tamen eruditis partium ſtudio laborare videtur, ceteroquin egregia, in *tres partes*, quarum *prima* incipit ab Ottocaro VI, Marchione ultimo, et Duce Styriae primo, deſinitque in Friderico Pulchro Auguſto, *ſecunda* ab Alberto II Sapiente, ſeu Contracto, protenditur ad Ferdinandum I Caeſarem; *tertia* inchoatur a Carolo II Duce Styriae, et terminatur cum Ioſepho I Caeſare, ac Styriae Duce XXII. [Stilus non idem ubique eſt, et duo ultimi Duces Leopoldus I. et Ioſephus I. Augg. aliena manu, atque uti ex ſcribendi ratione coniicitur, P. FRANCISCI WAGNER calamo profluxiſſe videntur. *Diſſertationem prooemialem* parte ſuperiore inter Styriae *chorographos* commemoravimus.

P. SIGISMVNDI PVSCH et P. OCTAVII BVCELLENI (a) *chronologia ſacra Ducatus Styriae* ſumma fide, ſingularique diligentia et iudicio ſcripta, quae duobus voluminibus Graecii ab an-

(a) [Hoc quidem editoris nomen alterum volumen praeſefert, attamen veroſimilius, opinor, iſtud quoque PVSCHIO, tamquam vero auctori, vindicandum eſt.]

Digitized by Google

anno 1715 ad 1720 in 8vo lucem vidit, parte I. L. II. C. II. §. II. pag. 140 laudata eſt.

Eiusdem cl. PVSCHII collectaneis originem ſuam debet, utiliſſimum illud ad accuratiorem Styriae in primis ſacrae et religioſae, hiſtoriam opus, quod celeberrimus P. ERASMVS FROELICH *diplomatariorum ſacrorum Ducatus Styriae* nomine, Viennae duobus tomis in 4to. anno 1756 typis dedit. *Pars* enimvero *prima*, continet 1mo. *diplomatarium Goeſſenſe*, de quo P. I. L. II. C. II. §. II. pag. 145 egimus; 2do. *Diplomatarium Seccovienſe*, quod documenta non ſolum eccleſiae ac canoniae regularis, ordinis S. Auguſtini, ſed etiam epiſcopalis tabularii complectitur. Notum autem alioquin eſt, ab Eberhardo II, archiepiſcopo Salisburgenſi, Seccovienſem eccleſiam ex collegiata in cathedralem evectam, et epiſcopalem ſedem, ſalvis tamen univerſis canonicorum collegii vetuſtis iuribus, anno 1218 ibidem erectam, dotatamque fuiſſe. Diplomatario huic intermixtae animadverſiones hiſtoricae, adiectaeque notulae eruditae, partim Puſchio, partim ſcriptori

Digitized by Google

ptori anonymo Seccovienſi debentur. *Parte ſecunda* habentur 1mo. *diplomatarium Runenſe* (*a*) cum adcurata *abbàtum* ad noſtram usque aetatem *ſerie*; 2do. *documenta Seizenſia* (*b*) adnexo *Priorum* huius carthuſiae (*c*) *catalogo*, ad annum usque 1749 deducto, et multis hiſtoricis notitiis referto; 3tio *fragmènta diplomatum* carthuſiae *Gyrienſis*, in agro Celeiano, qua Croatiam et Carnioliam reſpicit, olim ſitae, cui ſubiungitur *notitia* affecta *Priorum*

(*a*) [*Runa* ſeu *Rune*, *Riuna*, *Rowna*, *Raina* eſt celebre primumque in terris Auſtriacis S. ordinis Ciſtercienſis coenobium, aliquot paſſuum millibus Graecio in ſeptemtriones remotum, a Leopoldo Styriae Marchione circa annum 1129 fundatum.

(*b*) Haec ab Ottocaro V. Styriae Marchione, circa annum 1151 in Seiz loco Styriae inferae, haud procul Gonuwizio conſtituta Carthuſia, prima totius Germaniae fuit,

(*c*) Singulare, quod ex hoc catalogo notandum, illud eſt: *Primos* tres *Priores* Seizenſes, tametſi Generales ordinis ſui electi fuiſſent, nihilominus Seizii porro habitare perſeveraſſe, usque ad annum 1410.

(a)

Digitized by Google

rum aliorumque praeſidum (*a*) carthuſiae eiusdem, ex diverſis monumentis a FROELICHIO collecta; 4to. *diplomata* ordinis *equitum Teutonicorum* tam commendae Graecenſis ad S. Kunegundem hodie *S. Mariae am Lech*, quam alterius ad S. Dominicam ſeu Groſſontagenſis; (*b*) 5to. *diplomatarium miſcellum* aliquot coenobiorum Styriae; videlicet: Admontenſis (*c*) praetermiſſis tamen illis, quae cl. BERN. PEZIVS *theſauri anecdotorum* tomo III. parte 3 iam dudum, utili ordine digeſta, vulgaverat, et I. P. de LVDEWIG tomo IIII. *reliquiarum* MSS. omnis aevi inſeruerat; tum *S. Lamberti*, cuius quidem chartae veteres pleraeque funeſtis incendiis abſumtae fuere; deinde

(*a*) Carthuſia Gyrienſis multiplices viciſſitudines perpeſſa eſt, donec tandem anno 1591 ab Erneſto Archiduce abolita, et cum proventibus reſiduis collegio S. I. Graecii tradita fuiſſet, ad ſuſtentandos in Graecenſi ſeminario, S. Spiritus titulo, alumnos, qui hodiedum Gyrienſes adpellantur,

(*b*) Pleraque horum iam ediderat cl. RAIMVNDVS DVELLIVS in *biſtoria* ordinis *equitum Teutonicorum* parte III. cap. IIII. et V.

(*c*) Vid. P. I. L. II. C. II. §. II. pag. 144.]

Digitized by Google

de coenobii *Obernburgensis*, ordinis, non minus quam priora duo, S. Benedicti, praemissa de nonnullis illius abbatibus et rebus historia; postea parthenonis *Studenitzensis* ord. S. Dominici, cui rudi quadam narratione, germanice conscripta, de illius exordiis; tandem collegii Canonicorum Regularium S. Augustini in *Vorau* seu *Vorowe*, subiuncta charta Friderici I. Aug. qua fundatum ab Ottocaro Marchione Styriae eiusque coniuge Sophia *hospitale* (*a*) *in Cerewald* confirmatur; denique sequitur diploma fundationis monasterii *Novomontani* ordinis Cistercienſium; postremo adferuntur tabulae aliquot de parthenone in *Merenberg* seu *Maebrenberg* ordinis S. Dominici, cuius fundatores circa annum 1221 et 1251 fuere: Geisla vidua D. Alberti de Merenberg, et Sifridus eorum filius ab Ottocaro Bohemiae Rege crudeliter interemtus. (*b*) Agmen operis claudunt *excerpta necrologica* Seizenſia, Runenſia, et Seccovienſia.

Bi-

(*a*) [Vid. P. I. L. II. C. II. §. II. pag. 153.

(*b*) Sepulchrum D. Sifridi seu Sigefridi in coenobii huius eccleſia, ante principem aram in

Digitized by Google

Bibliotheca canoniae Voravienſis, teſte CAESARE AQVILINO, in *annal.* Ducat. *Styriae* tom. I. praefat. poſſidet MS. *Styriae chronicon* duobus volum. in fol. comprehenſum, cuius tertium, in quo res Cileienſes pertractantur, illuſt. D. Iacobus Erneſtus de Cerroni S. R. I. Eques adſervat. Sed opus hoc, ſeu dein D. SCHROTII (*a*), ſeu D. de HOCHENWARTH ſtudio collectum, imperfectum omnino a Caeſare Aquilino dicitur, ac in pluribus a genuina veritate devians, maximamque partem ex Megiſero et Bonfinio deſumtum.

Praeterea hiſtoriam Styriae enarrandam, eodem confitente, ſingulari induſtria

in cornu evangelii, oſtenditur, et pluribus gratiis miraculisque clarum habetur. Lapidi, qui ſarcophagum tegit, haec verba inſcripta leguntur: *Mirabilis Deus in ſanctis ſuis*; circa ſtatuam vero D. Sigefridi ad murum erectam, antiquis characteribus expreſſa ſunt ſequentia: *Sefridus de Merenberg. Policarp. Richard.* † *Anno Domini* M. CC. LXXII. *paſſus eſt.*

(*a*) Quem I. P. LVDEWIGIVS in *Germania Principe* L. I. C. 5. p. m. 417 male *Schratium* vocat.]

Digitized by Google

ſtria ſuſceperunt: D. KOLLER de MOHRENFELS, D. IAC. ERNEST. de CERRONI, D. de IANDEGG, D. GEOR. IOSEPHVS de MAISTERN; et D. de HVEBER; verum univerſa iſtorum conata, inedita adhuc, inter cimelia patriae manuſcripta latent.

In *calendariis Graecenſibus* ab an. 1760 hiſtoria quaedam Styriae, labore *R. R. P. P. Cappucinorum* collecta, habetur, quae, ſi laudati nonnulli auctores alii demantur, potiſſimum ex paulo ante commemorato Styriae chronico MS. depromta videtur.

Illuſt. D. ERNESTVS HENRICVS S. R. I. Comes de WILDENSTEIN respatriae, dum viveret, ſingulari cum ſollicitudine perſcrutatus eſt, atque poſt immaturum obitum ſuum viginti volumina *collectaneorum*, quae *Landesſammlungen* appellavit, manu exarata reliquit.

His ſubiungo D. IOSEPHI de BAVMEISTER recentiſſimum opuſculum: *Verſuch einer Staatsgeſchichte von Steyermark. Von den erſten Zeiten nach Ch. G. bis auf den im Jahre* 1246 *erfolgten Tod Friederichs des Streitbaren, des letzten Herzogs von Oeſterreich und Steyer, aus dem Ba-*

Digitized by Google

Babenbergiſchen. Geſchlechte Wien. 1780 in 8vo. Succinctum illud quidem eſt, attamen ex genuinis fontibus, qui ubivis adcurate indicantur, hauſtum. Dignum proinde, quod emendatis nonnullis, naevis hiſtoricis, introductionis inſtar, in Styriae veterem mediamque hiſtoriam, legatur, et ab auctore, ſedulo hiſtoriarum patriae cultore, ad noſtram aetatem eadem methodo, ſimilique cura perducatur. IOS. CAROLI KINDERMANNI perbrevem quidem, curatam tamen hiſtoriae Styriacae adumbrationem, quam is *Geographiſchem Abriſſe Steyermarks* praemiſit, parte I. pag. 479 indicavimus.

CAROLVS MAYER Graecii 1782 in 8vo edidit: *Verſuch über ſteyermärkiſche Alterthümer, und einige merkwürdige Gegenſtände.* Hoc libello primum veteris Styriae chorographica, tum hiſtorica incolarum omnis aevi deſcriptio exhibetur, quam excipit ſingulorum locorum topographia, et memorabilium eorumdem ſuccincta expoſitio. Qua in re conatus quidem auctoris laudadus eſt, debitam tamen in eo adcurationem deſiderari, lectorum quisque facile animadvertet.

Digitized by Google

Ad CILEIENSEM Comitatum, Ducatui Styriae a temporibus Friderici III. Aug. arctius insertum, me converto. Praeter cl. FROELICHII *genealogiam Sounekiorum*, HAHNII *chronicon Celeianorum comitum* (*a*) aliudque *chronicon triplex Celeianum* ab AQVILINO IVLIO CAESARE vulgatum, et notis criticis illustratum (*b*), de quibus P. I. L. II. C. II. §. II. pag. 142 et 145 egimus,] in bibliotheca palatina Vindobonensi aliud eius generis *chronicon Cileiensis comitatus* exstat, inter codices germanicos historicos profanos n. 28, ab altero, per Hahnium edito, tantisper diversum, in quorum tamen neutro *Catharinae*, Friderici I. Comitis Celeiae filiae, et Alberti IIII. Goritiensis uxoris, fit mentio. [Diploma, quo Sigismundus Aug. Friderico II.

(*a*) [Inscribitur: *Chronica der Edlen Grafen von Cilli &c. aller Händell Art, Kriegen, Wesen und Leben, und wie eins nach dem andern mit viell Thaten sey einbrochen, hierin ersehen und begriffen wirdt. Kumbt her und schauet die Werck des Herrn.*

(*b*) Titulus eidem praemissus est: *Chronica der gefürsteten Graven von Cilly &c. aller ritterlichen Thaten, Wesens, Lebens, und Abgangs, hierin beschrieben als nach volgt.*]

Digitized by Google

II. Comiti, *Principis Imperii* honores, Pragae die 30 Novemb. an. 1436. contulerat, ſimulque inter alia privilegia, *ius cudendae monetae* aureae in ſuis terris, conceſſerat, ſigillatim occurrit, in LVNIGII codice German. diplomat. P. II. pag. 547. Quae apud IOAN. HVEBNERVM legitur *genealogia* veterum *Comitum de Cilley* tom. II. tab. 563, ea commiſerationem potius quam laudem mereri, eruditis videtur. Ceteri ſcriptores, ut AENEAS SYLVIVS, HASELBACHIVS, VALVASOR, FVGGERVS &c. non niſi aliud agentes, Celeianarum rerum interdum mentionem fecere.

Liceat hoc loco HISTORIAE quoque LITTERARIAE Styriae, tantisper meminiſſe. Habemus enimvero praeter eos, quos, dum P. I. L. II C. II. §. II. pag. 148. de Graecenſi Vniverſitate ageremus, laudavimus, cl. P. XYSTI SCHIER ord. S. Auguſtini *ſpecimen Styriae litteratae*, ad ſubſidia operi perficiendo neceſſaria impetranda, eruditis inclytae gentis viris exhibitum, ac Viennae 1769 in 4to. procuſum. Finis, quem ſibi praefixit auctor, elucet ex epiſtola ad eruditos

Digitized by Google

Styriae praemiſſa. Quamquam vero plurima ſibi ſpoponderit auctor, pauca tamen acceſſerunt ſubſidia, praeter ea, quae cl. IVLIVS AQVILINVS CAESAR miſit, et a confratribus ex collectione Com. *de Wildenſtein*, paulo ante nominati, curata ſunt. Notitiam ſubminiſtrat doctiſſimus auctor ſuccinctam vitae, operumque ſequentium virorum eruditorum: Ottocari ab *Horneck*, Nicolai de *Graz*, Hieronymi de *Iudenburga*, Ioannis de *Graz*, Ioannis *Hymel*, Laurentii *Grueber*, Petri *Engelbrecht*, (*a*) Briccii *Prepoſt*, quem alii *Preproſt* dicunt, Wolf-

(*a*) [Fuit is Friderico III. Pacifico Aug. a confeſſionibus, et Maximiliani filii, quondam litterarum moderator. Obiit autem 17 Februarii anno 1491 fato, ſi dicere licet, bono, priusquam nempe Maximilianus gubernium adiret; hic enim cognitis melioribus ſtudiis, quibus erudiri potuiſſet, averſatusque plagoſum Orbilium ſuum, teſte Cuſpiniano, *Comment. de Imperat.* Francof. 1601, fol. edito, dixiſſe poſtea fertur: *Si hodie praeceptor meus viveret Petrus, quamquam multa praeceptoribus debeamus, efficerem, ut ſe inſtituiſſe me poeniteret.* Sed hoc non tam Engelbrechti, quam temporum illorum culpa contigiſſe arbitror.]

Digitized by Google

Wolfgangi *Khainer*, Petri *Freylender*, Chriſtophori *Khulber*, Georgii *Rithaymeri*. Andreae *Perlachii*, Chriſtophori *Widmann*, Petri *Muchitſch*, Caroli *Weinberger*; Leonardi *Bachini*, Rudolphi *Wiſer*, Ferdinandi *Herberſtein*, Ferdinandi *Montegnana*, Philippi *Müller*, Zachariae *Traber*, Michaëlis *Heinz*, Edmundi *Manicor*, Baſilii *Finckeneis*, Ioachimi *Haring*, *Amandi* Graecenſis, Edmundi *Schlosgo*, Mariani *Lendelmayer*, Mauri *Liechtenhaimb*, Engelberti *Biſchoff*, Edmundi *Ferlinz*, Coeleſtini *Romoſer*, Erneſti *Vols*, Antonii *Stroz*, *Aemiliani* Graecenſis, *Michaëlis* a S. Catharina; Sigismundi *Puſch*, Georgii *Rueſs*, Creſcentii *Kriſper*, et Erasmi *Froelich*. Non alienum equidem fore cenſeo, hac occaſione alicuius *poëtae Styriaci* hodiedum inediti, ac forſan paucis cogniti, ſuppeditare notitiam. Eſt is GVNDACHERVS quidam *de Ludenburg*, qui ſaeculo XIII. exeunte, uti mihi quidem videtur, aut ſub XIIII. initium, rhythmis germanicis, *Meſſiadem* conſcripſit, apocryphum S. Nicodemi evangelium poſteriore parte, qua de paſſione et reſurrectione Chriſti agit, potiſſimum ſequutus, eximiae cetero-

Digitized by Google

qui pietatis sensa, totius operis decursu, lectoribus instillans. Codex, quem ego manuscriptum possideo, quadratus est, mediocris formae, foliorum 197, et saeculo XIIII ineunte, in membrana, nitide, litteris germanicis exaratus. Tituli capitum, seu potius segmentorum rubro colore expressi sunt, rhythmi autem continenter, solutae orationis instar, scripti. Atque ut auctoris stili, orthographiae, et dialecti Styriacae eius aetatis specimen quoddam exhibeam, duo dumtaxat obvia forte loca, absque compendiis scripturae tamen, excerpere lubet. Primus habetur pag. 76: *Nv nahen ich dir ſüzer got, daz ich iht werde des tivvels ſpot, Des pitte ich, merchlichen dich, nibt verwirfe herre mich, von deinem antlvtze liecht, emphrömde mir deinen gaiſt nicht, Gib mir die vrevde deines bailes wider, vnt leg mir ſuntleich trovren nider. Vnt la mich dir erbarmen, mich* Gvndachern *vil armen,* Von iudenburch *pin geborn, ſei iemen mein geticht zorn. Der tichte ſelbe ein anderz paz, daz läz ich gar ane haz, die weile ſol er ſein ſpoten biz wir daz ſein recht ervarn. ob ez ſo dvrch leutich ſei, daz ez gar ſei geſpotes vrei. Swer von*

tieffer

Digitized by Google

tieffer materi ſol ſprechen der bedarffe wol, genade vnde ſinne, vnt gotlicher minne, vmb diſe materi ez alſo ſtat, ſwer nicht gvte ſinne hat, vnt genade von got, daz der wol mak verdienen ſpot, daz fürcht ich ſvndhafter man, wand ich gueter ſinne han. Vnd iſt div materi ſinnereiche, vnt ſo gar ernſtliche daz da nicht horet geſpotes zv, ſwer aber ez darvber tve. Daz er ſpotes ſich bewegt, vnt der maze alſus verphlegt. Der ſpote debaines andern man, veh an im ſelbem des erſten an. An im ſelbem iſt geſpotes vil, ob er ez zerechte wegen wil. Swer geiſtilich gedinge, ſpot ob dem gelinge. daz enhan ih da fur nicht, ſwer ſich ſelben an ſicht. Der ſpot furpaz nicht mere, im git gewis lere, ſein ſelbs gewizzen, wie er ſich hat gevlizen, paidiv ovf vbel vnt ouf gvt, div gewizen im daz chvnt tvt. &c. Alter locus pag. 97 legitur: *Hie wart got getovft. Ich man clich herre licht gevar, daz dv vber drizech iar, den tovfe woldeſt enphahen, dv dir begvnde naben, Iohannes baptiſta, der zaiget dich mit vinger da, Sêcht daz iſt gotes lamp daz trait, der werlde ſvnde vnt lait, Do tovfet dich in dem iordan, iohannes der vil hailig man, die himel ſtveden offen ob dir, des vater*

ſtimme hort man da ſchir, Ditz iſt mein ſun an dem ich mir, pin wol gevallen dem ſchvlt ir, horen ſus der vater ſprach, in der menſchhait man clich ſach, Da wart geſeben der hailig gaiſt, in tovben wis mit vollaiſt, Sib alhie div trinitat, vil wennechlich geſamt hat. Av hilf mir, herre dvrch deinen tovfe, daz ich deines raines plvtes chovf, an mir niht werde verlorn, mich ſtichet recht als ein dorn, daz ich ſvndafter man, meinen tovf ſo click gemailet han, mit manigen ſvnden poſen, von der rvch mich erloſen. Ohe! iam ſatis eſt. Num luce, aut tenebris porro GVNDACHERVS noſter dignus ſit, peritioribus in re litteraria patriae cenſoribus diiudicandum relinquo.

RELIGIONIS per Styriam faciem antiquiſſimam luculenter oſtendit cl. AQVILINVS IVLIVS CAESAR, diſſertatione *ſecunda* tomo I. *annalium Ducatus Styriae* praemiſſa, *de primis chriſtianae religionis in Styria apoſtolis et propagatoribus*; itemque *tertia: de primis Styriae veteris metropolitis et epiſcopis.* Non praetermiſit porro doctiſſimus vir per univerſos, qui exſtant, annales ſuos ſacra cum profanis individuo nexu ubivis coniungere, digitumque in fontes, unde

Digitized by Google

de ſua depromſit, intendere. Tum iure meritoque ſuo commemorandus cl. P. MARCVS HANSIZIVS, eiusque *archiepiſcopatus Salisburgenſis* chronologice propoſitus, qui *Germaniae ſacrae* tomum alterum, Auguſtae 1729 in fol. emiſſum, implet. Nam, quum metropolitana eccleſia Salisburgenſis Styriae paene totius ſacram curam gerat, praeſentique opere res geſtae archiepiſcoporum omnium a S. Ruperto, ſub quo anno 716, pontificatus Salisburgenſis initium ſumſit, usque ad annum 1728 res geſtae exponantur, religionis pariter per Styriam viciſſitudines, progreſſus, pericula, et perſecutiones dilucide enarrantur, Pari ratione hoc loco in cenſum veniunt ceteri hiſtorici Salisburgenſes, praecipue vero: FRANCISCI DVEKHER *Salzburgiſche chronica* ex arcanis ſcriniis magna fide depromta, et non ſine iuſta libertate ſcripta, quae Salisburgi anno 1666 in 4to vulgata fuit: tum WIGVLEI HVNDI *metropolis Salisburgenſis* a nobis iam parte I. L. II. C. I. p. 72 laudata; nec non IOSEPHI MEZGER *hiſtoria Salisburgenſis*, ſive vi-

Digitized by Google

tae epiſcoporum, et archiepiſcoporum Salisburgenſium ab anno 582 ad 1687, Salisburgi 1692 in fol. excuſa, quam auctoris morte interruptam, ipſius fratres FRANCISCVS et PAVLVS perfecerunt quidem, attamen nequaquam eadem cura et iudicio, ſcribendive ingenua libertate. Proteſtantium acta varia magno numero, eaque pecularia in Ducatu Styriae, AQVILINVS IVLIVS CAESAR, mox laudatus, ſuccincte enumerat in utraque parte germanici ſui operis: *Beſchreibung des Herzogthums Steyermark*, initio huius §. commendati, uberius eadem procul dubio expoſiturus, ſi quartum *Styriae annalium* volumen publici iuris fecerit. Eodem ſpectant ſcriptores ſequentes:] DAVIDIS RVNGII relatio de tyrannica perſecutione S. Evangelii in Styria; [ſeu, uti praefixus libro habetur titulus: *Bericht vnd Erinderung von der tyranniſchen Bäpſtiſchen Verfolgung des H. Evangelii, in Steyermarckt, Kärndten, vnnd Krain. &c.* in 4to. — cui oppoſitus eſt tractatus ſequens: *Gründlicher Gegenbericht Auff den falſchen Bericht, und vermainte Erinnerung*

DA-

Digitized by Google

DAVIDIS RVNGII, *Von der — Verfolgung des H. Evangelii &c. geſtellet durch* IACOBVM *Probſten zu Staynz in Steyer &c. Grätz* 1607 in 4to; itemque: *Extract des Gegenberichts, welcher durch* IACOBEN *zu Stainz in Steyer &c. wegen Religions-Verfolgung in Steyermark, Kärndten, und Crain, wider* D. DAVID RVNGII *ſol. Bericht geſtelt worden. Grätz* 1607 in 4to.] ANONYMI *clamor ad coelum lachrymantis Styriae* ob expulſionem Lutheranismi ex hoc Ducatu, qui liber in 4to lucem vidit; AMANDI HANAVERI, auctoris pſevdonymi, *relatio perſecutionis, quae in Styria, eiusque metropoli Graecio, contra orthodoxos doctores, ac reliquos Auguſtanae confeſſioni addictos Chriſtianos furore leſuitarum inſtituta, et peracta eſt*, unacum mandatis et ſupplicationibus ſereniſſimi D. Ferdinandi Auſtriae Archiducis, et illuſtrium ordinum eius provinciae in 4to; [IACOBI ROSOLENZ, paullo ante laudati, Canonicor. Regul. S. Auguſtini Praepoſiti Stainzenſis in Styria *Diarium und gründlicher Bericht von der in Jahren* 1598 *bis* 1601 *in Steyer, Kärnthen, und Krain vorgenom-*

me-

Digitized by Google

menen landesfürſtlichen Religions Reformation, Grätz 1607 in 4to (*a*) GEORGII STOBAEI *de Palmaburgo* epiſcopi Lavantini, et catholicae fidei in Auſtriacis provinciis propagatoris eximii, *hiſtorica religionis reformatio* in terris interioris Auſtriae (*b*) Tyrnaviae anno 1714 in 4to in lucem prolata fuit, et ob multa,

(*a*) [AMANDI HANAVERI opus et IACOBI Praepoſiti Stainzenſis adverſus RVNGIVM ſcripta etiam adnexa ſunt probroſo illi ac temerario libro, a ſeditioſis Bohemis Pragae 1620 in 4to typis dato, cui haec epigraphe: *Notbwendige Ausführung, warum Ferdinandus II. des Regiments in Böhmen verluſtiget worden.*

(*b*) Continet autem hoc opuſculum *tres* cl. viri *epiſtolas*, quarum *prima* de auſpicanda religionis reformatione in Styria, Carinthia, et Carniolia, ad Ferdinandum Auſtriae Archiducem, Lavanti XIII Cal. Sept. anno 1598 data, *altera*, de proſequenda reformatione religionis in iisdem terris, Archiduci Ferdinando pariter inſcripta, *tertia*, de peracta reformatione religionis, laudatis in provinciis tractans, Carolo Archiduci Palmaburgo Cal. Maii. an. 1604 miſſa eſt. Inſeruit illas quoque HANSIZIVS *Germaniae ſacrae* tomo ſecundo.]

Digitized by Google

ta, quae continet, ſingularia lectu eſt digniſſima; eiusdem quoque *epiſtolae ad diverſos*, Viennae anno 1758 in 4to editae, hac ipſa de cauſſa diligenter evolvi merentur; aliam tamen illius *epiſtolam* manuſcriptam, ad Ferdinandum Archiducem anno 1615 datam, de reſecandis haereticorum reliquiis in illis partibus, cl. *I. G. Schwandtnerus* inter cimelia bibliothecae ſuae anecdotam adhuc confervat.] IOANNES REGIVS tandem Graecii in Styria primum, tum Mühlhuſii evangelici verbi praeco, denique Thoruni ſcholarum Rector, *hiſtoriam perſecutionis Graecenſis* evulgaſſe dicitur Menkenio, et Ioechero, in *Gelehrten Lexicon* h. tit. [Notatu digna quoque ſunt opuſcula ſequentia: *Aufmunterung und Demüthiguug der Proteſtirenden mit Verweis- und Beweiſung ihrer Sicherheit, Stolzes und Hoffarts in Religion und Glaubens-Sachen*; item: *Gründlicher Bericht von des Luthers und ſeiner Lehr, Autoritaet und Anſehen: allein aus heiliger Göttlicher Schrifft, und des Luthers ſelbſt zu Jena und Wittenberg gedruckten Büchern ausgezogen und verfaſſet durch — H.* CASPAR SCHOPPI (SCIOPPIVS) &c.

Grätz

Digitized by Google

Grätz 1609. in 4to. — CHRISTOPH *von* VNGERSDORFF *Christliche Gratulation oder Glückwünschung an die Evangelische Landstände in Oesterreich wegen behaupteter und erhaltener Augspurgischen Confession*, supra iam laudata; quicum coniungi debet: GEORGII ZEAEMANN *gründliche Ableinung der überaus giftigen famos und Läster-Schrift Christophs von Vngersdorff, darinn zuvorderst die fünff wieder die A. C. aufgebrachte vermeintlich unaufstösliche Argument, und dann alle und jede wieder hohes und niedriges, geistlichs und weltlichs Stands-Personen, so sich darzu bekennen, eingestreuete Lügen und Lästerungen mit beständigen Grund wiederleget werden. Laugingen.* 1612. in 4to. — Postremo huc referimus HIERONYMI LAVTERBACHII poëtae, ac Matheseos professoris in academia Viennensi clarissimi, supremique deinde Rectoris Graecensis scholae, *Schulordnung einer ehrsamen Landschaft des Fürstenthums Steyer*, quae ordinatio hodiedum in bibliotheca Heilbronnensi reperitur; DAVIDIS item CHYTRAEI *orationem de Scholarum in ecclesia Dei necessitate et successione perpetua*,

Digitized by Google

tua, in introductione scholae provincialium Ducatus Styriae dictam, et primum Graecii anno 1574 in 4to separatim, deinde vero inter reliquas cl. viri orationes, Hanoviae 1614 in 8vo procusam; cum qua coniungi poterit alia eiusdem *oratio*, quatriduo post, id est: die 31 Maii 1574, de FERDINANDO CAESARE, a nobilissimo adolescente, Sigismundo a Saurau, Graecii recitata.]

§. III.

SCRIPTORES CARINTHIAE.

Amplam CARINTHIAE historicam descriptionem nobis dedit: HIERONYMVS MEGISERVS in *annalibus Carinthiae, das ist: chronica des löblichen Erzherzogthums Kärnthen, darinnen ausführlich und ordentlich beschrieben, was sich in diesem Lande von undenklichen Zeiten her, bis* 1612 *für Historien begeben*; *mit Wappen, Leipzig* 1608 et 1612 vol. II. in fol. Magna hu-

Digitized by Google

huius operis pars debetur *manuſcriptis collectaneis* et *hiſtoriae Carinthiae* GOTTHARDI de CHRISTALLNICK. Ceterum vaſtus quidem ſcriptor eſt MEGISERVS, attamen multa ſaepe affirmat, in rebus praeſertim vetuſtioribus, quae idoneo teſte ſunt deſtituta, ut adeo vix tuto in eius ſententiam ubique tranſire liceat. (*a*) [Nimia quippe facilitate, teſte ERASMO FROELICH *Archontol. Carinth. praef.* acquievit narrationibus WOLFG. LAZII, quas de Carinthiae rebus, ſeu Lib. VI. p. m. 159. &c. de *migrationibus gentium*, ſeu L. XII. comment. de *republica Romana*, veras falſis dubiisque miſcet.

Emendando in multis MEGISERO proderit CHRISTOPH. PESLERI *ſeries Ducum Carinthiae* parte I. L. I. S. I. C. II. §. III. pag. 27. commendata, qui MARCI HANSIZII, ANT. STEYERERI, et MARQVARDI HERGOTT operibus uſus, vetuſtioris aevi cognitionem praebet, et ſeriem Ducum Carinthiae quam adcuratiſſimam.

AL-

(*a*) [Vid. I. P. LVDEWIG in *Erläuterung der goldenen Bulle*, P. I. et IAC. CAROL. SPENER in *teutſchem Staatsrecht* T. II. L. II.]

Digitized by Google

ALBERTVM REICHARTVM (*a*) IAC. VNRESTVM (*b*) THEOPHRASTVM PARACELSVM (*c*) et PETRVM ALBINVM (*d*) parte ſuperiore, loco mox deſignato, iam recenſuimus.

(*a*) [Huius *breviarium hiſtoriae Carinthiae* etiam *Leo Carinthiacus* inſcribitur, et res memoratu dignas a Chriſto nato ad annum 1675 continet. Auctor 11. Octobr. 1640 natus; abbas deinde S. Pauli in valle Lavantina 1. Septemb. 1677 electus eſt, diem ſupremum vero, iubilaeus profeſſus, ſacerdos, et Praelatus 27 Maii 1727 obiit. Non alius is quidem fuit, quam epitomator Megiſeri; verumtamen ſaepius illius oſcitantiam animadvertit et emendavit.

(*b*) VNRESTVS *chronicon* ab octavo Chriſti ſaeculo orditur, definitque cum quadam notitia nobilium Carinthiae ſaeculo XV. Eſt autem opuſculum hoc ab erroribus gravioribus haud immune, quales excell. C. RVDOLPHVS CORONINI in *tentamine Comitum et rerum Goritiae* edit. 1759 pag. 38, 43 et aliis adnotavit, ſapienterque emendavit.

(*c*) PARACELSI *chronica et origo Carinthiae* exſtat in Genevenſi operum omnium editione an. 1658 in fol. volumine I. pag. 245.

(*d*) Huius Ducum Saxoniae ante Megiſerum hiſtoriographi, *origines Carinthiae*, ſeu de rebus Ca-

Digitized by Google

De *Samone* (*a*) Vinidorum in Carentania Rege, eorumque contra Avaros vindice fuse agit FREDEGAR. SCHOLASTICVS coaevus saeculi VII scriptor, in *chronico* ab ANDREA du CHESNE S. R. Francicar. T. I. pag. 745, et a THEODORICO RVINART cum operibus Gregorii Turonensis Parisiis 1699 in fol. edito, observationibusque illustrato.

Diplomata ad Ducatus huius historiam idonea complura prostant in ANT. STEYERER *commentariis pro Alberto II.* superiore parte saepius laudatis, in FROELICHII *diplomataria sacra Ducatus Styriae* (*b*) MARQVARDI HERGOTT splen-

Carinthiacis tractatio ex schedis MSS. Georgii Fabricii eruta est, complectiturque plurimas, lectu digniſſimas, de rebus antiquioribus eius regionis coniecturas.]

(*a*) [Is Francus erat, de pago Senonago, et negotia crebro cum Vinidis exercebat. Cum vero hi illius consilio, et fortitudine adiuti, Avaros gravi praelio superassent, eumdem in grati animi testimonium Regem suum constituerunt.

(*b*) Vid. supra §. II. de *Scriptoribus Styriae.*]

Digitized by Google

splendidissimis operibus, et HANSIZII *Germaniae sacrae* volumine altero.]

NICOLAI CLAVDIANI *farraginem rerum Carinthiacarum* vix est, ut hic commendemus, cum hic saeculi XVI scriptor, collectanea sua ad annum 1501 perducens, chartas veteres, a quo scriptae? ubique reperiundae? omnino taceat.

R. P. MARCVS HANSIZIVS quoque *chronicon rerum Carinthiacarum* conscripsit, quod tamen lucem nunquam vidit, sed loco quodam fortassis obscuro nunc delitescit.

IOANNES abbas de VICTORIA, quod coenobium est ordinis Cistercienſis in Carinthia, incolis *Victring* appellatum, *chronicon Carinthiae* ab anno 1217 ad 1339 elaboravit, (*a*) quod manu exaratum servat bibliotheca Mel-

(*a*) [Eius initium ducitur a Friderico II. Imp. his verbis: „ *Anno Domini MCCXVII. Fride-* „ *ricus II, Heinrici VI filius, Siciliae Rex et* „ *Sueviae Dux, ex Constantia, Rogerii Regis* „ *Siculorum filia, a principibus sub Innocentio* „ *III. concorditer electus* „ &c. Definit autem anno MCCCXXXVIIII hunc in modum: „ *In his ergo tribus spes Australium habetur tota,* „ *exul-*

Digitized by Google

licensis codice chartaceo, confitente HIERON. PEZIO S. R. A. tom. I. pag. 753.

[His porro fontibus usus cl. ERASMVS FROELICH *specimen archontologiae Carinthiae* elucubravit, et anno 1758 in 4to Viennae evulgavit in duas partes distributum, quarum *prima seriem* compendiariam *Ducum Carinthiae* et *aemulorum*, adnotatis initi finitique imperii annis, exhibet, illustratam continenter subsidio diplomatum et melioris notae auctorum, additis octo *tabulis genealogicis* curate elaboratis; *altera*, capitibus seu dissertationibus decem constans, praemissas tabulas genealogicas uberius explanat, solidisque historicis argumentis stabilit; singularia denique et alibi haud omnino obvia, de *titulo* ac *monetis Archiducatus* Carinthiae, eiusdemque *scuto* honorario in medium profert.]

Cl. NICOL. HIERON. GVNDLING in *Antwort-Schreiben auf etliche Frag-*

„ *exultantes, quod heredes habere meruerunt naturales, ad quos Virgilii versus mitto, qui dicit:*
„ *Vivite felices, si quid mea carmina possunt.*
„ *Nulla dies unquam memori vos eximet aevo*„.]

Digitized by Google

Fragſtücke eines gelehrten Edelmanns, welcher in einer Preuſsiſchen Provinz wohnet, articulo X. luculenter demonſtravit: *wie Kärnthen an Ottokar König in Böhmen, und von dieſem an die Grafen von Tyrol, von Tyrol aber an die Oeſterreicher gekommen?* Prodiit haec epiſtola Halae Magdeburg. 1710 in 8vo.

VRBANI PAVMGARTNERI *Apiſteion Carinthiae Claudiforum* Lauingae Rhaet. 1605 in 4to typis datum, unacum manuſcripto exemplari, in bibliotheca Gſchwindiana inter libros hiſtoricos et politicos Viennae adſervatur.

Bibliotheca Salisburgenſis ad S. Petrum codicem MS. diverſarum gentium chronica continentem, poſſidet; in quo tertio loco habetur *chronicon Ducum Carinthiae*, quod incipit: „ *Conradus Wangionum Ducis privignus Conradi Salici ex* „ *Giſela* „ &c. finit vero: „ *Sed per Ot-* „ *tocarum impeditur; qui per vim eumdem* „ *Ducatum et de facto obtinuit.* „

In bibliotheca Viennenſi palatina reperitur volumen germanicum chartaceum MS. in 4to inter hiſtor. prof. 755, quod complectitur ANONYMI cuiusdam antiquum *chronicon Ducatus Ca-*

Digitized by Google

rinthiae ab anno Christi 764 ad 1497.

[Habetur quoque ibidem cl. GODEFRIDI PHILIPPI SPANAGELII Caesareae quondam bibliothecae custodis, *Carinthia vetus et media* vol. uno maioris formae latino sermone descripta, quae inedita adhuc inter cetera doctissimi viri manuscripta adservatur.]

Aliud eiusdem bibliothecae volumen membran. MS. in fol. inter hist. prof. 631, continens *epitomen historiae universalis* a creatione mundi ad an. 1348, horribilem eiusdem anni *terrae motum*, quo celebris Carinthiae urbs *Villacum*, die conversionis S. Pauli, concussa et subversa est, luculenter describit.

[Et mihi ανεκδοτον quodpiam duodecim in fol. plagularum est *chronicon MS.* αυτογραφον; notatu digniora Carinthiae universae, in primis vero *Fani S. Viti*, illiusque viciniae, fata historica, ab anno Christi 270 ad exitum anni 1690 breviter enarrans, hac cum epigraphe: *Begebenheit der Statt S. Veith, vnd andere Orthen des Landts Kärndten. Insonderheit S. Veith von* 1655 *bis* 1685, *alss von* 30 *Jahr, was da vorhey gangen, alss auch vndter der Zeit, der*

ich

Digitized by Google

ich diſ beſchreib, vndter meiner Adminiſtration des Stattgericht vndt Burgermaiſter Ambt.]

[Quod RELIGIONIS ſtatum in hoc Ducatu ſpectat, primum omnino locum meretur: *incerti auctoris liber de converſione Boioariorum et Carentanorum* P. I. L. I. S. I. C. II. §. III. pag. 27 commendatus, quem aliud pervetus fragmentum, circa an. 858 ſcriptum, excipit, *de Iuvavienſis* ſeu Salisburgenſis *eccleſiae origine* ac dioeceſi, a FREHERO *ſcriptoribus rerum Bohemicarum* Hanoviae 1602 in fol. publici iuris factis, inſertum. Plurimum deinde ad hiſtoriam provinciae iſtius ſacram conferunt *ſanctorum Carinthiae* acta, quae apud hagiographos Bollandianos optime digeſta inveniuntur, praecipue vero *S. Domitiani*, et *S Hemmae*, illius ad diem V. Februarii, huius ad XXV Iunii: egregia, magnaeque cum diligentiae laude ſcripta *diſſertatio*, de chriſtianae religionis ortu et propagatione in Carinthia, quam IOSEPHVS WALLNER *anno milleſimo monaſterii Oſſiacenſis*, a nobis P. I. L. II. C. II. §. III. pag. 157 iam indicato, praemiſit; — *monaſteriorum* porro Carinthiae *chronica*, de quibus eadem ſuperiore parte locis ſuis egimus.

Digitized by Google

Denique, quum Carinthia eadem plerumque cum Styria religionis fata experta sit: non alienum erit, scriptores etiam illos, quos superiore §. de Styria protulimus, AQVILINVM IVLIVM CAESAREM videlicet, MARCVM HANSIZIVM, FRANC. DVECKERVM, IOSEPHVM MEZGERVM, aliosque sedulo pervolvere, ut quae in his sparsim de religionis negotiis reperiuntur, ordinatam interea in hac materia historiam quadamtenus supplere queant. Laudari praeterea meretur manuscriptum, quod possideo, συγχρονον in fol. quo ANONYMVS acta quaedam reformationis Carinthiae, nec non vicinae Styriae, ac Carnioliae ab anno 1599 ad 1601, collegit, insertis non solum Archiducis Ferdinandi praecipuis decretis, verum etiam aliis tam statuum provinciae, quam ministrorum evangelicorum (*a*) scriptis ultro citroque

(*a*) [Libellis ministerii evangelici Clagenfurtensis subscripsere: M. Adamus *Kolbius*, Pastor, Laurentius *Maierus*, M. Mauritius *Faschang*, M. Adamus *Rannacher*, Gregorius *Faschang*, et M. Hieronymus *Megiserus*, Rector.]

Digitized by Google

que miſſis. His ſuperaddo tam *decretum reformationis* contra heterodoxos, per totam Carinthiam d. d. 23. Decemb. 1628, a *Leonardo* epiſcopo Lavantino iuſſu Ferdinandi III. Aug. publicatum inſertumque PLACIDI HERZOG *cosmographiae Auſtriaco-Franciſcanae* P. I. pag. 317 quam editam a R. P. CAROLO PFEIFFERSBERG, Clagenfurti anno 1705 in 8vo. *Roſam centifoliam, ſive primum ſaeculum Archiducalis Gymnaſii Clagenfurtenſis*; quo in opuſculo, praeter reductae poſtliminio, ab iecto Lutheranismo, religionis Romanae catholicae hiſtoriam, *litterarum* quoque regione illa ſeu renatarum, ſeu propagatarum fata, ad annum usque 1704 luculenter exponuntur. Quae noſtra aetate ab Auguſtiſſima Maria Thereſia b. m. exſtirpandarum heterodoxarum reliquiarum cauſſa, decreta ſunt, habentur in IOAN. IAC. MOSER *deutſchem Staatsarchiv* an. 1754 et 1755.]

Digitized by Google

§. IIII.

SCRIPTORES CARNIOLIAE.

[Florentiſſimi CARNIOLIAE Ducatus hiſtoriam IOAN. LVDOVICVS SCHOENLEBEN partim, partim IO. WEICHARDVS VALVASOR omnium optime ac copioſiſſime illuſtrarunt. Ille, labori immortuus, *Carnioliam* ſuam *antiquam* et *novam* ad annum Chriſti 1000 ſolum perduxit (*a*) hic vero in immortali ſuo opere: *Ehre des Herzogthums Crain*, nihil omiſit, quod ad provinciae huius pleniſſimam notitiam usque ad aetatem Leopoldi M. Auguſti, pertine-

re

(*a*) [Exſtare autem in Labacenſi Ducatus Carnioliae tabulario complura SCHOENLEBENII manuſcripta hiſtorica et genealogica, ad res pátriae explicandas, ſi, quod optandum, publicae lucis fierent, omnino profutura, cl. FROELICH *Archontologiae Carinthiae* praefatione recte monet.]

Digitized by Google

re viſum fuit. (*a*) Vtriusque parte prima L. I. S. I. C. II. §. III. pag. 29 et ſeqq. meminimus.

Laudandus ceteroquin merito cl. VALVASOR, quod in recenſito mox opere ſuo plures alios ineditos adhuc, quorumque forſan memoria ſecus intercidiſſet, commemoraverit ſeu detexerit auctores Carnioliae hiſtoricos, atque hos inter parte II. pag. 350 THOMAE CHROEN epiſcopi Labacenſis, anno 1630. vita functi, *annales Carniolenſes*; parte IIII. pag. 402. ANONYMI *chronicon Auerſpergicum*; et pag. 534. MATHIAE BASTIANZHIZH egregia *carmina* et *epigrammata* latino ſermone ſuperioris ſaeculi initio ſcripta, et ad diverſos in Carniolia vicinisque re-

(*a*) [Genus dicendi, quod emendare inſtituit ERASMVS FRANCISCI, is admodum corrupit verbis ſesquipedalibus. Liber *imaginibus* illuſtratus eſt, heraldicis, naturalibus, geographicis urbium et pagorum, illorum etiam, quos operae vix pretium eſt intueri: quemadmodum iudicat IO. PET. a LVDEWIG in Germania Principe L. I. C. V. §. 7. not. *m.*]

Digitized by Google

regionibus eventus publicos adcommodata.

Provocat quoque VALVASOR haud paucis numero locis tam ad WILHELMI SCHERZ de LANGENLOIS annales Carnioliae manuscriptos, quam ad FRANCISCI GLAVINICH ex ordine F. F. Minorum de observantia *annales de origine et divisione provinciae Bosniae*; ad alios denique bene multos Carnioliae scriptores, quos partim in ipso operis exordio longo ordine recenset, partim in eiusdem decursu opportune liberalissimeque proponit.

Et hac in regione *Musarum*, optimarumque artium *cultores* non esse infrequentes, *academia* litteraria anno 93tio. saeculi superioris *Operosorum Labacensium* nomine instituta, abunde comprobat. Notitia illius haberi potest, ex opusculo Labaci anno 1701 in 4to evulgato, hoc titulo: *Apes aCaDeMI-Cae Operosorum Labacensium*, sive: institutum, leges, scopus, nomina, et symbola, aeri incisa, novae academiae sub apum symbolo Labaci adunatae, orbi litterario exhibitae, cum *oratione* in-

Digitized by Google

inaugurali in primo conventu publico ad *proCeres AeMonae DICta.*

RELIGIO hoc in Ducatu ſimilia prope fata cum Carinthia habuit et Styria. Hinc auctores iidem, quos ſuperioribus §§. II. et III. pro hiſtoria eccleſiaſtica earum regionum pernoſcenda commendavimus, hic pariter locum ſibi vindicant. Quibus adiungo cl. FRANCISCI de RVBEIS parte prima L. I. S. I. C. II. §. VII. pag. 37, et L. II. C. II. §. VII. pag. 190 iam laudata *monumenta Aquileienſia*, in quibus tam de *Carinthiae*, quam de *Carnioliae* maximam olim partem eccleſiae Aquileienſi ſubiectarum religionis ſtatu, qualis omni ſuperiore aetate fuerit, abunde tractatur. Verum de hoc praeſtanti opere poſtea §. 7 uberius acturi ſumus]

§. V.

SCRIPTORES TIROLIS.

Vniverſam TIROLENSIS Comitatus hiſtoriam MATH. BVRCKLECHNER, ſeu BVRGLEHNER, qui provinciae hu-

Digitized by Google

huius tabularia cum auctoritate et iudicio docti critici perscrutatus est, conscripsit hoc titulo: *Tyrolischen Adlers erster Theil* (a) *von der Fürstlichen Grafschafft Tyrol, deroselben Landsfürsten, Bischoffen, vnd teutschen herren, bestellt durch herrn Mathias Burcklechner beeder Rechten Doctor, vnd Oesterreichischen Regimentsrath.* 1608 in fol. [Opus eruditum est, omniumque historicorum Tirolensium facile princeps, quod universum provinciae statum complectitur. Dividitur autem in libros septemdecim, quorum primis duo-

(a) [Nominat quidem volumen hoc celeberrimus auctor partem primam, sed quum ipsa haec pars omnia ea contineat, quae historiae istius integritati conveniunt, et usque ad auctoris aetatem in provincia gesta sunt: vehementer dubito, num quid aliud ab ipso additum unquam fuerit, quod secundae partis nomen mereretur? nisi fortasse cetera illius de Comitatu Tyrolensi *collectanea* scriptaque *historica* et *politica*, quae hodiedum in tabulario Oenipontano pluribus voluminibus in fol. sollicite adservantur, operis istius velut continuati partes censeri debeant.]

Digitized by Google

duodecim Comitatus chorographia, montes, valles, fodinae, aquae, fontes medicati, ſilvae, fertilitas, religio, ac regiminis forma explicantur; tertius decimus, qui plus quam dimidium totius operis explet, pragmaticam omnium principum, qui Tirolenſibus ab ultimis gentis primordiis ad Maximilianum usque, Maximiliani II Auguſti filium, hoc eſt, ad initium ſaeculi XVII. cum imperio praefuerunt, hiſtoriam complectitur; tres ſequentes libri de epiſcopatibus Tridentino et Brixinenſi tractant; ultimus tandem in ordinis equeſtris Teutonici poſſeſſionibus Tirolenſibus explicandis verſatur; ſingularum porro enarratarum rerum fides diplomatibus aliisque genuinis monumentis undequaque ſtabilitur. Et profecto ſubſidia ſcribendi nusquam deeſſe poterant illi, qui, quod Cancellarii, ut aiunt, munus ſuſtineret, tabularii fores ſibi pro libitu reſerabat. Quamquam vero hoc opus ſumma integritate ac auctoritate congeſtum ſit, tamen vel ob has dotes, iudice cl. ANT. STEYERER (a) ei lucem

(a) [*Comment.* pro hiſt. *Alberti* II. pag. 353.]

Digitized by Google

lucem hodiedum invident, qui tenebras ubique amant. Ac proinde nuspiam typis datum eſt, ſed in tabulario Oenipontano, manuſcriptum cuſtoditur; et non niſi apographa illius pauca, magnae propterea raritatis et pretii circumferuntur.] (*a*)

Huic ſubiungimus illuſt. Dom. MAXIMILIANVM Com. de MOHR, qui, uti titulus operis exhibet, *deſcriptionem politicam Principalis Comitatus Tirolis*, manu exaratam voluminibus aliquot in fol. ineditamque hodiedum, poſteritati reliquit, [meritas a iuſtis rerum aeſtimatoribus laudes conſequutus; quamquam haud paucis in locis, ubi genuinis tabulariorum monumentis deſtitutus fuit, offendat, emendationemque indigere videatur.

HEN-

(*a*) [Illud, quod Viennae illuſt. D. Baro Franciſc. a Prandau exemplar poſſidet, recentiore manu voluminibus duobus in folio ſcriptum eſt, et titulum ſequentem praefixum gerit: *Tyroliſche Chronica, ſo mit Fleiſs zuſammen getragen worden durch den Hochgelebrten Herrn Doctor Mathias Burcklechner, zu Tbieburg*, (Tierberg) *und Wolffſegg, auch Pfleger zu Freuntſperg, und Schwatz O. Oeſter. Regimente vice-Canzler &c. ſamt einer Tyroliſchen Mappa*; Anno 1620.]

Digitized by Google

HENRICI GVNDELFINGII narratio *de ſucceſſione Comitum Tirolenſium*, olim a LAMBECIO, ex codice MS. bibliothecae Auguſtae, *comment.* L. II. c. 6. inſerta, iam nunc in cl. KOLLARII *analectis* Vindobonenſibus tomo I. pag. 821. legitur.

R. D. ANDREAE ZIBOCK opus *genealogicum* nobilitatis Tirolenſis, ſuo loco, ubi de familiis illuſtribus acturi ſumus, recurret]

Reperitur quoque in bibliotheca Caeſarea ANONYMI *chronicon Tirolenſe* ab anno 475 ad 1548, germanica lingua exaratum, inter codices MSS. hiſt. prof. n. 169.

Aliud praeterea vernacula lingua ſcriptum, cui poſterior manus hunc praefixit titulum: *Narratio hiſtorica rerum nonnullarum, quae in Comitatu Tirolenſi ab aliquot centum annis evenerunt*, ibidem inſertum habetur codici MS. ex hiſt. prof. n. 86.

[Tum ex LAMBECIO *comment.* L. II. edit. Kollarianae pag. 909 diſcimus ſequentes adhuc codices MSS. de rebus Tirolenſibus in bibliotheca Auguſta cuſtodiri: 1mo. *Beſchreibung des groſsen*

Digitized by Google

Freyschiessen zu Inspruck, anno 1574 cod. chart. in fol.] 2do. Volumina quinque chartacea, quibus continentur varia antiqua *Inventaria* Archiducalis *aulae Oenipontanae*. 3tio. Volum. quattuor chartac. quibus *Rationaria* quaedam antiqua Archiducalis *aulae Oenipontanae* describuntur. 4to. Volum. octo chartac. in quibus sereniſſimorum Austriae Archiducum Oenipontanorum *Diaria Venatoria*, germanice dicta *Wildprett-Bücher*. 5to. Volum. quindecim chart. in 4to. quae eorumdem Archiducum antiquas *ephemerides*, variis adnotationibus autographis insignitas, complectuntur.

Ex editis historicis de nobiliſſimo hoc comitatu libris princeps omnino est: FRANCISCI ADAMI Comitis a BRANDIS *immergrünendes Ehren-Kränzlein des Tyrolischen Adlers, oder curieuse Beschreibung, aller denckwürdigsten Begebenheiten, so sich in denen zehen nacheinander gefolgten Regierungen der Fürstlichen Grafschafft Tyrol biss auf unsere Zeiten ereignet, nicht weniger von dem Vrsprung der Fürstlichen Stifter Trient, und Brixen, wie auch der vier Ständen der Fürstlichen Grafschafft Tyrol, und des gantzen Hochlöbl. Tyrolischen Adels,*

Digitized by Google

Adels, mit benöthigten Wappen, und einer accuraten Land-Karten gezieret. Botzen 1678 *und Augſpurg* 1702 in 4to. [Diviſum hoc opus eſt in partes duas, quarum *prima* hiſtoriam provinciae ad annum 1678; *altera* epiſcopatuum, nobilium familiarum, civitatum, arcium, praecipuorumque locorum res et topographiam exponit. Debere ſe plurima MATH. BVRCKLECHNERO, et ANDREAE ZIBOCKIO ſupra laudatis, ingenue fatetur auctor, aliosque fontes ſuos ubique indicat; attamen deſiderat in illo LVDEWIGIVS (*a*) merito luculentiam, et culturam ſermonis, maiorem in rebus medii aevi notitiam, et in teſtibus laudandis ſelectum.

Hoc opere, tanquam fundamento uſus eſt, quisquis Auguſtae anno 1705 in

K 2

(*a*) [*German. Princ.* L. I. C. 2. p. m. 277. Eodem loco not. *g.* laudat etiam FORTVNATI HVBERI *unſterbliche Gedächtnuſs der mächtigen Helden von Thaurn, Andechs und Hohenwarth; Ingolſtatt* 167c in 4to. atque inde Tirolenſium Comitum familiam oriundam eſſe arbitratur; quo quidem opere lib. II. cap. 14. et 15. Meranenſium Comitum origines ex inſtituto eruuntur.]

Digitized by Google

in 8vo. c. figg. typis dedit: *Beschreibung der Gefürsteten Grafschaft Tyrol (a), wie solche von Margaretha, Hertzogin in Kärndten und Gräffin zu Tyrol, anno 1363. an das — Ertz-Hause Oesterreich kommen;* quo libro praeter Tirolis adnexarumque olim, in Sueviae circulo sitarum, Austriacarum ditionum descriptionem et historiam, Romanorum Caesarum ex eadem familia vitae usque ad Leopoldum I. Augustum continentur. — Non dubito, quin meritam ab eruditis, omnibusque aequis rerum aestimatoribus laudem sit relaturus cl. CAROLVS MICHAELER, historiae universalis publicus Oeniponti professor; si egregium, singularique studio elucubratum illius opus integrum luce donatum fuerit, cuius pars prima typis nunc commissa est, hac cum epigraphe: *Versuch über die erste Gestalt und Bevölkerung Tyrols. I. Theil. Eine Physikalisch-Historisch-Geographische Schrift.*

STEPHANI VINANDI PIGHII, ANT. ROSCHMANNI b. m. eiusque cl. filii CASSIANI opuscula. P. I. L. I. S. I.

(a) [Vid. P. I. L. I. S. I. C. II. §. V. pag. 32.]

Digitized by Google

S. I. C. II. §. V. pag. 33. iam pro merito laudavimus, ex quibus poſtremum huc maxime pertinet; quippe in quo brevis quidem, attamen non ex aliis quam genuinis fontibus, et tabularii Oenipontani documentis depromta, Comitatus huius *hiſtoria* ab ipſis gentis primordiis ad noſtra usque tempora vernaculo, et captui iuventutis adcommodato ſermone enarratur. Editus libellus Viennae eſt 1778 in 8vo. — Alia ANT. ROSCHMANNI diſſertatio: de *origine Comitum Tirolenſium*, ad quam RVDOLPHVS Comes CORONINI in ſuo *tentamine promovendae ſeriei Comitum Goritiae*, de quo alibi, ſaepenumero provocat, inedita, opinor, adhuc latet.

Tirolenſium Principum genuinae *effigies* aeri inciſae, Venetiis 1609 in fol. et germanice, inſcriptione hac: *der gefürſteten Grafſchafft zu Tyrol eigentliche Contrafacturen* Auguſtae 1623 in fol. WOLFG. KILIANI caelo prodierunt, ubi 37 Comites Tirolis, nec non quinque aliae perſonae illuſtres cum brevi vitae enarratione exhibentur.]

Addimus lectu haud indignam diſſertationem Brixini an. 1734 in 4to. ab

Digitized by Google

ANONYMO evulgatam: *Patriotische Gedanken, wie mit göttlichem Beystande die gefürstete Grafschaft Tirol durch dero eigene Landsassen, und Einwohner sich gegen ihre Feinde defendiren, und erhalten möge: wobey angezeiget wird 1mo. was hierzu erforderlich und nöthig? 2do. wie die Landesdefension, sammt was davon abhanget, einzurichten? 3tio. was zu Feindeszeiten bey den Zuzügen nothwendig, und überhaupt zu beobachten? 4to. woher die Mittel zu Ausführung dieser drey Hauptstück ohne Nachtheil des Landesfürstl. aerarii, und sonders Empfindlichkeit der Landsassen und Einwohner herzunehmen, und aufzubringen sind.*

Neque omittendum est *chronicon Diessense* a RAIMVNDO DVELLIO *miscellaneorum* L. II. typis datum, quippe in quo multa, Meraniae veteres Duces spectantia, reperiuntur.

Clarissimus quoque historicus IO. DAVID KOEHLERVS egregia *dissertatione*, diplomatibus confirmata, de *Meraniae Ducibus*, ex Comitibus de Andechs ortis, eruditum orbem donavit Altorfii 1729. in 4to.

Ehrenburgum, munimentum provinciae fortissimum, Mauritius Saxoniae Ele-

Digitized by Google

Elector anno 1552 expugnavit. Qua de re ſingularis exſtat *relatio* apud FRID. HORTLEDERVM de bello Germanico ſub Carolo V. Aug. tom. II. L. V. C. XI.

De irruptione Bavarica in Tirolim, anno 1703 *a Gallis et Bavaris facta*, BERNARDVS ISIPONTANVS, ſub quo nomine cl. BERNARDVS PEZIVS latere voluit, libros III. Viennae 1709. in 12mo. publici iuris fecit. Primus hic doctiſſimi viri foetus tum ob ſtili elegantiam, tum ob doctum, quod elucet, ingenium ubivis gentium mirum in modum probatum fuit.

[ERVDITIONIS ac doctrinae laudem non deeſſe Tirolenſibus, partim celebris *Vniverſitas Oeniponti* a Leopoldo Auguſto anno 1677 fundata, nunc in lyceum converſa, partim *ſocietas* eruditorum *Roboretana* florentiſſima teſtatur. Eodem pertinet elegans IACOBI TARTAROTTI opuſculum, quod vitas et ſcripta plurium doctorum virorum huius provinciae exhibet, hac cum epigraphe: *Saggio della Biblioteca Tiroleſe, ó ſia notizie iſtoriche degli ſcrittori della provincia del Tirolo; in Roveredo* 1733 in 8vo. Plura de hodierno

Digitized by Google

dierno rei litterariae in Tiroli statu congessit cl. IGNATIVS de LVCA in *Iournal der Litteratur und Statistick*, volumine primo, Oeniponte 1782 in 4to. typis dato, ubi multa, magno sane studio collecta, de eruditis huius provinciae viris, eximioque ibidem nostra aetate florente scientiarum cultu, experiuntur. Quantum naturae propensio, indefessusque labor in difficillimis scientiis exhauriendis possit, discimus ex lectu digna: *Lebensgeschichte des berühmten Mathematikers und Künstlers unsrer Zeiten* PETRI ANICH, *eines Tiroler Bauers*, quae prodiit Monachii 1767 in 4to. item ex cl. MAXIMILIANI HELL *relatione historica de* PETRO ANICH, *rustico Tirolensi, geodeta, geographo, et astrophilo ad prodigium excellenti, quam* IGNAT. WEINHART notis illustratam, auctamque Oeniponti 1768 in 8vo. evulgavit.

RELIGIONIS faciem omnis aevi maximam partem discere possumus ex GABRIELIS BVCELINI *Rhaetia*, IACOBI SCHMID *heiligem Ehrenglanz*, ex scriptoribus episcopatuum *Brixinensis* et *Tridentini*, nec non *monasteriorum* Tirolensium;

Digitized by Google

ſium; de quibus egimus parte prima, L. II. C. II. §. V. pag. 160 et ſeqq. His porro adiungi poſſunt: MATHIAE BVRCKLECHNER liber XI *Aquilae Tirolenſis* ſupra laudatae, in quo ſuccincta hiſtoria eccleſiaſtica provinciae, univerſorumque *ſanctorum* et beatorum *Tirolenſium* vitae, litterarum ordine digeſtae, breviter exponuntur, tum eiusdem L. XIIII. XV. XVI. et XVII. in quibus de *epiſcopatibus* huius Comitatus, deque *ordinis Teutonici* illis in partibus propagatione neceſſaria praebetur notitia; praeterea WIGVLEI HVNDI metropolis Salisburgenſis (*a*) iis locis, quibus de epiſcopatu Brixinenſi, nonnullisque monaſteriis in hoc ſitis, tractatur. Vnus tamen inſtar omnium eſt cl. P. BENEDICTVS BONELLI ord. S. Franc. pro dilucidando religionis ſtatu, inde a medio praeſertim aevo, in Tiroli. Edidit quippe ille eruditum, ſingularique cura concinnatum opus hac cum epigraphe: *Notizie iſtorico-critiche intorno al B. martyre Adalpreto veſcovo, e comprotettore della chieſa di Trento; ed intorno ad altri*

(*a*) [Vid. ſupra P. I. L. II. C. I. Pag. 72.]

Digitized by Google

tri veſcovi della Germania, e dell' Italia a' tempi dello ſchiſma di Federigo I. Imperadore. Dittico, e calendario Vdalriciano con un ſaggio d' altri calendarii, e libri liturgici della medeſima chieſa &c. in due volumi contrapoſti all' apologia delle memorie antiche di Reveredo (a) Vol. I. et II, Tridenti 1760 in 4to. Sequutum eſt anno 1765 volumen tertium in partes duas diviſum, hoc titulo: *Monumenta eccleſiae Tridentinae*, ubi ſeries Tridentinorum antiſtitum univerſa, commentario hiſtorico-diplomatico illuſtrata, exhibetur. Accedunt: catalogi decanorum, canonicorum, Praepoſitorum, ac ſuffraganeorum eiusdem eccleſiae, nec non Praepoſitorum regularium S. Michaëlis ad Atheſim, ac S. Mariae in Augia, nunc *Gries*; MSS. item codicum epiſcopalium et capitularium Tridenti; praeterea vindiciae Georgii Hackii, epiſcopi Tridentini, collectanea Hinderbachiana in Iudaeos, B. Simeonis innocentis interfectores, atque documentorum decas. Pars altera huius voluminis latino ſermo-

(a) [Auctor erat cl. *Hieronymus Tartarotti.*]

Digitized by Google

mone ſcripta, ſeorſimque in lucem data eſt hac de cauſſa, ut, quemadmodum auctor in praefatione aſſerit, illi quoque, qui italicae linguae ignari ſunt, et univerſam nihilominus antiſtitum Tridentinorum ſeriem noſſe cupiunt, deſiderio ſuo ſatisfacere poſſint.]

§. VI.

SCRIPTORES PROVINCIARVM AVSTRIAE ANTERIORIS.

[Quemadmodum ditiones AVSTRIAE ANTERIORIS per Sueviae circulum, vicinamque Helvetiam diſperſae ſunt; ita etiam univerſi ſcriptores tam SVEVIAE quam HELVETIAE hiſtorici, quos STRVVIVS prae reliquis, *bibliothecae hiſtoricae ſelectae*, anno 1740 in 8vo. procuſae, vol. II. C. XXVI larga manu offert, ſuo quodam modo hanc Auſtriaci circuli partem illuſtrant. Hos proinde hic iterum recenſere lubens omitto, et fere non niſi illos, quorum men-

Digitized by Google

mentio a cl. STRVVIO iis locis nulla facta est, aut fieri potuit, in praesentia commemorabo. Atque in his eminet IO. REINHARDI WEGELINI *thesaurus rerum Suevicarum* seu dissertationum selectarum de gente Suevica, quae separatim et sparsim, sub variis quoque ac diversis titulis, antehac typis impressae, maximam vero partem pro deperditis habitae sunt, volumina quattuor, Lindaugiae ab anno 1756 ad 1760 in fol. emissa. Continentur autem, praeter complura alia, *tomo* I, qui de natalibus, migrationibus, bellis ac fatis vetustissimae gentis Suevicae agit, sequentes quoque libelli, huc potissimum referendi:

1. IO. CHRISTOPHORI ARTOPOEI *de originibus* et *incrementis* vetustissimae gentis *Suevicae*. [Vlmae 1692. in 4to.] *Pag.* 17.

2. IO. VLRICI PREGIZERI *regna gentesque* in Europa principes ex *Suevis*. (Tubingae 1684. in 4to) *Pag.* 221.

3. *Eiusdem* continuatio (ibid.) *Pag.* 253.

4.

Digitized by Google

4. GEORG. IAC. MELLIN *antiquitates lacus Bodamici* cum ſpecimine hiſtoriae Lindavienſis. (Ienae 1693 4to.) *Pag.* 296. (*a*)

Tomo II, qui Sueviam ſub Ducibus illuſtrat;

1. IO. PETRI MILLERI oratio de *initiis Sueviae cultioris*, in ſacris anniverſariis gymnaſii Vlmenſis 1755. habita. *Pag.* 1.

2. LVD. BART. HERTENSTEIN de *Ducatu Sueviae et Alemanniae*, ſpecimen iuris publici Suevici. (Argentor. 1731. in 4to.) *Pag.* 548. (*b*)

3.

(*a*) [Illuſtrat clariſſimus auctor ſtatum antiquiſſimum regionis circa lacum Acronium non ſolum ſub Rhaetis, Vindelicis, Helvetiis, Suevis, et Alemannis; ſed etiam vel maxime ſub Caeſarum Francorum, Saxonum, et Suevorum imperio ad tempora usque Rudolphi I. Habsburgici.

(*b*) In quo hiſtoria Ducatus Suevici ab initiis, usque ad interitum et dilacerationem illius, pragmatice exponitur.]

Digitized by Google

3. IO. DAV. KOEHLERI *fata Ducatus Alemanniae* et *Sueviae* (Altorffii 1735) *Pag.* 578. (*a*)

Tomo III. in quo de Suevia, exstinctis Ducibus libertati restituta, tractatur;

1. LVD. BART. HERTENSTEIN observatio historica de *sereniſſimae Domus Auſtriacae Principatu in Suevia*, quae in supplementis ad nova acta eruditor. T. I. S. III. p. 135, quoque edita reperitur. *Pag.* 1.

2. IO. CHRISTOPH. PESLERI liber singularis de *Augustae gentis Auſtriacae Ducatu et Principatu in Suevia.* (Lipsiae 1739. in 4to.) *Pag.* 5. (*b*)

3.

(*a*) [Discutitur in ista dissertatione sollicite ac erudite, in quos Ducatus Suevici reliquiae a nece Conradini translatae fuerint, eiusdemque certi fines constituuntur.

(*b*) Confutatur hac dissertatione, plurimorum monumentorum ex omni antiquitate erutorum subsidio, vetus multorum scriptorum, atque hos inter ipsius quoque *Hertenſteinii* mox laudati, opinio: Sueviam, exstincta Hohenstaufensi gente, ex Rudolphi I. Caesaris beneficio obvenisse Rudolpho, filio eius natu minori, at ob angustiam limitum,

Digitized by Google

3. LVD. BARTHOL. HERTENSTEIN diſquiſitio hiſtorica *de Seren. Domus Auſtriacae advocatia provinciali ſuperioris atque inferioris Sueviae.* (Habetur etiam in novis actis eruditorum de anno 1739. menſe Decemb. p. 680.) *Pag.* 52.

4. *De iudicio provinciali Caeſareo-Suevico*, ex diſſertatione GABR. SCHWEDERI de ſereniſſ. Domus Auſtriacae praeeminentiis, praerogativis, iuribus ac privilegiis praecipuis, Tubingae 1722 in 4to typis data. *Pag.* 60.

5. IO. PETRI de LVDEWIG diſſertatio de *Sueviae tribunali S. R. I. Auſtriaco; dem Kaiſerl. Landgericht in Quadrurbe.* (Halae Vened. 1725. in 4to.) *Pag.* 75. (*a*)

6.

tum, ad quam Ducatus iſte redactus fuerat, Auguſtam gentem Auſtriacam in locum Ducalis tituli Principalem ſubſtituiſſe, eaque ratione Principatui Sueviae, inter titulos Auſtriacos etiam hodie conſpicuo, originem dediſſe.

(*a*) *Quadrurbem* auctor nominat tres S. R. I. civitates: *Ravensburg*, *Wangen*, *Iſny*, et Auſtriaci Principatus oppidum *Altdorf*, quod a vicino coenobio, *Weingarten*, vulgi uſu adpellari ſolet.]

Digitized by Google

6. IOAN. SCHILTERI *rechtliches Bedenken von dem Kaiserl. Landgericht in Schwaben, d. d. Straſsburg* 20. Auguſt. 1702. *Pag.* 108. (*a*)

7. *Kurze doch gründliche Anzeige, daſs die dem Ertzhauſs Oeſterreich auf das Hertzogthum Würtenberg zugeſtandene Anwartſchafft, worauf die Führung des Würtembergiſchen Tituls, und Wappens gegründet, durch jüngſt erfolgt tödtliches Ableiben S. Röm. Kayſerl. Majeſt. gefallen und erloſchen ſey.* (*Stuttgardt* 1742. in fol.) *Pag.* 545.

8. *Unumſtöſslicher Beweis, daſs das weibliche Geſchlecht des Durchlauchtigſten Ertzhauſes Oeſterreich auf das Hertzogthum Würtenberg kein Anwartſchaffts Recht zu ſuchen, noch ſich des Tituls und Wappens von Würtemberg zu bedienen habe,* (*Stuttgardt und Tübingen* 1742 in fol. *mit Beylagen* Lit. A. *bis* Qq.) *Pag.* 553.

Tom. IIII qui ad res et antiquitates civitatum imperialium in Suevia pertinet:

I.

(*a*) [Vid. BVRCH. GOTTH. STRVVII *neu-eröffnetes Hiſtoriſch- und Politiſches Archiv.* P. IIII. N. I.]

Digitized by Google

1. IO. CHRISTOPH. WEGELINI disputatio *de dominio maris Suevici* vulgo lacus Bodamici. (Ienae 1742. 4to.) *Pag.* 378.

2. Observationes historicae ad IO. DAV. KOEHLERI dissert. volum. secundo insertam, *de fatis Alemanniae et Sueviae.* (Edit. nov. Lipsiae 1757. in 4to.) *Pag.* 513.

Vtilissimo huic operi praemissa est *Bibliotheca scriptorum rerum Suevicarum*, ad medium usque saeculi XVIII perducta, in qua ingens auctorum, singulariumque opusculorum, pulcherrimo ordine secundum materias digestorum, copia reperitur, ab iis omnino consulenda, qui historiam seu universalem, seu particularem provinciarum Austriae anterioris, unquam susceperint serio pertractandam.

Porro praeclarum illud celeberrimi iureconsulti ISAACI VOLMAR opus, cuius inediti adhuc exemplar MS. in fol. bibliotheca Prandavienſis Viennae conservat, mirum in modum anterioris Austriae superiore saeculo faciem collustraret, si typis committeretur. Scriptum illud est summa fide ac industria sereniſſimae Claudiae Archiducis iussu,

Digitized by Google

eidemque dicatum hac cum epigraphe: *Informatio de Principatus Antaustriaci statu, ad Sereniſſimos Principes D. Claudiam matrem, ac D. Ferdinandum Carolum filium, Archiduces Auſtriae, felici ſidere imperantes. Briſaci anno* 1637. Dividitur autem univerſum opus in *quinque capita*, quorum *primum* de totius provinciae ſimul ac Alſatiae conſtitutione agit, quibusque ex partibus compoſita ſit? quae ſingularum cauſſae, modi, limites, et amplitudo? diſerte exponit; *ſecundum* formam Imperii ac rei publicae gubernationem, qualis antiquitus fuerit? qui mutata? quae virtutes ac vitia? item quae remedia adferri poſſint? oſtendit; *tertium* Ordines totius provinciae definit, deque differentia Statuum ſeu Ordinum, generibus concilii publici ſeu comitiorum provinciae, ea tractandi ratione; nec non controverſiis, quae publice privatimque Principi cum Ordinibus intercedunt, diſſerit; *quartum* Principis patrimonium, ſeu res, quas vulgo camerales dicimus, aeris alieni magnitudinem, cauſſam et originem, illiusque diſpungendi rationes ac modos adcurate perſequitur; *quintum* denique natu-

Digitized by Google

turam controverſiarum, quae cum exteris intercedunt, foedera item et ſocietates cum illis recenſet. Sub finem adiectae ſunt tabulae aliquot, quibus rerum in ſingulis capitibus contentarum ſumma, memoriae iuvandae cauſſa, uno quaſi obtutu exhibetur.

Iam vero ad alios ſcriptores, huic generi accenſendos, progrediamur, oportet. Atque inter eos merita laus tribuenda eſt primum WOLFGANGO LAZIO, qui in praeſtanti ſuo *de gentium migrationibus* opere, Baſil. 1557 in fol. procuſo, Suevorum, migrationes, reliquias, poſteritatem, Principes, Duces, Comites, aliasque familias nobiles, libro VIII. integro, a pag. 443 ad 618 deducit; tum MARCO VELSERO, cuius libri octo *rerum Auguſtanarum, Venet.* 1594 in fol. apud Aldum editi, in vernaculum vero ſermonem ab ENGELBERTO WERLICHIO converſi, et Francof. 1595. in fol. typis dati, demum a CHRISTOPH. ARNOLDO cum ceteris clariſſimi viri operibus Norimbergae 1680. in fol. publici iuris facti, Rhaetiae ac Vindeliciae deſcriptionem et utriusque nomi-

Digitized by Google

nis et populi originem, situm, et historiam ante et post Coloniam Augustam ad annum Christi DLII. complectuntur, atque historiam earum partium antiquam mirum in modum illustrant. Nostro aevo lucem vidit ANONYMI *allgemeine Geschichte von Schwaben, und der Benachbarten Lande, in einer kurzgefaßten Beschreibung der denkwürdigsten Begebenheiten, Religion, Sitten, Gebräuche der Einwohner, und ihrer Schicksale, bis auf unsere Zeiten.* I. *Th.* ab an. 114 ante; usque ad annum 1268 post Christum natum, Vlmae 1773, in 8vo; II. *Th.* ab an. 1273. ad 1714, ibid. 1774; III. *Th. oder Supplement*, ibid. 1775. Auctor maiorem narrationibus suis conciliasset fidem, si fontes, unde eas hausérat, fideliter indicasset, neque aperte fabulosa pro veris non raro venditasset. Stilus quoque adeo simplex et invenustus est, ut lectores vix ac ne vix quidem, mea sententia, allicere posse videatur. Interim tamen in animo suo a sacris Romanis alieno, et in monachos plus aequo exulcerato, quavis occasione ostentando, maximopere sollicitus est. *Dissertationes* et primae parti subiunctae, et totum tertium volumen

Digitized by Google

men explentes, prae reliquis laudandae ſunt propterea, quod tam ſacrum, quam politicum earum regionum ſtatum non mediocriter illuſtrant. Atque in his eminent ſequentes 1. *Vom Vrſprung, und der Beſchaffenheit des freyen Kaiſerl. Landgerichts in Schwaben auf Leutkircher Heid und der Pürs.* — 2. *Zuſatz zu der Abhandlung von dem Zuſtande der Religion des mittleren Zeitalters, und deren fernerer Beſchaffenheit, bis an die Zeit der Reformation.* — 3. *Von dem Zuſtande der Wiſſenſchaften in dem mittleren Zeitalter in und auſser Schwaben.* — 4. *Gründlich Hiſtoriſche Nachricht von dem Vrſprung und Beſchaffenheit der kaiſerl. und Reichs-Landvogtey in Schwaben.* — 5. *Anmerkung über die weitere Schikſale der deutſchen Sprache und Dichtkunſt bis an den Anfang des 16 Jahrhunderts.*

Singulares porro materias pertractant ſcripta ſequentia: *Des Schwäbiſchen Creyſes Memorial an die Kayſ. Majeſt. in puncto differentiarum mit dem Haus Oeſterreich wegen der Landvogtey und Kayſ. Landgericht in Schwaben. Memmingen* 1700 in fol. — *Hiſtoriſche Anzeige des Chur-Bayeriſchen von der Aſſociations-Handlung mit*

Digitized by Google

dem Fränck-und Schwäbischen Creiss genommenen Vorwandts, und dannenhero wider dieselbe verübte Hostilitäten. Cölln 1706. in 4to. — Denique ANONYMORVM, qui sub *patriae amatorum* nomine latere voluere, *zufällige Relationen von alten und neuen denkwürdigen Geschichten, Vrkunden, Documenten, Büchern, Münzen, Medaillen, vornehmen Geschlechtern, Theologis, Iuris, Medicis, Philosophis, Künstlern und anderen Sachen, die Kirchen-Policey-und Schul-Historie sonderlich in Ober-Deutschland betreffend*; Vlmae 1717. in 8vo editae, cum meritae laudis praefamine nominandae sunt. Dolendum enimvero ob turbatas res bibliopolae domesticas, sex tantum harum relationum, plurima huc referenda continentium. fasciculos cum supplemento primo publicam vidisse lucem.

LITTERIS et his in oris suum semper stetisse, hodieque stare honorem et existimationem, plurima celeberrimorum virorum testantur monumenta, ex quibus sequentia impraesentiarum excitasse sufficiet: IO. GEORG. SCHELHORNII schediasma historico-litterarium *de* eximiis *Suevorum in litteraturam orien-*

Digitized by Google

orientalem meritis, Memmingae 1730 in 4to typis commiſſum, eiusdemque *amoenitatibus litterariis*, quibus variae obſervationes variaque virorum litteris illuſtrium, et amoenioris argumenti anecdota exhibentur, Francof. et Lipſiae voluminib. XIIII in 8vo anno 1730. curis ſecundis evulgatis, tomo XIII inſertum. — IAC. BRVCKERI diatribe *de meritis Suevorum in renaſcentes litteras*, quae ob eximiam ſuam praeſtantiam, in actis ſocietatis Latinae Ienenſis vol. IIII. part. VIIII. publica luce donata eſt. — *Wochentliche Relationes von Schwäbiſchen gelehrten Neuigkeiten. Tübingen* 1721 in 8vo. — IO. CHRISTIAN KLEMMEN *kurze Beſchreibung des Anfangs und Fortgangs der edlen Buchdruckerkunſt in Schwaben, und der im erſten Jahrhundert nach ihrer Erfindung zu Augſpurg, Vlm, Coſtanz &c. gedruckten Büchern. Tübingen* 1740 in 4to. — Tandem operae pretium eſt, legere rariorem hodie *epiſtolam excuſatoriam ad Suevos*, Argentinae 1506. in 4to. excuſam, qua IACOB. WIMPHELINGVS et THOM. WOLPHIVS debitis extollunt laudibus viros,

Digitized by Google

qui olim et ipsorummet aetate in omni artium professione insignes floruere, nempe: *Albertum M*, Henricum *Susonem*, Vlricum *Crydenwis*, Conradum *Sommenhard*, *Rodegerum* abbatem S. Galli, Ioannem de *Lapide*, Nicolaum *Dinckelspuel*, Christianum ex *Giengen*, Ioannem de *Turpheim* episcop. Argent. A. de *Rechberg*, Ioan. *Heselin*, Conradum *Degen*, Ottonem a *Sunnenberg* episcop. Constantiensem, Martinum *Preüinger*, Io. *Steyn* de Scherndorff, Iodocum *Eichmann* de Calbo, Iac. *Liebenstein* archiepisc. Mogunt. Ioann. et Ludov. *Naucleros*, Petrum *Sieber*, Georg. *Northoffer*, Georg. *Hoffmann*, Io. *Geyssler*, Vdalricum *Zasium*, Erhard. *Knab*, Henricum a *Liechtenau*, episc. August. Matthaeum *Langium*, Gregorium *Riesch*, (*a*) Georg. *Meigerhoffer*,

(*a*) [Hunc alii *Reischium* seu *Reuschium* vocant. Scripsit is *Margaritam philosophicam*, illa aetate magni aestimatam, hodieque rariorem, ex qua liberalium artium et philosophiae facies eius temporis uno velut obtutu elucet. Editio optima illa est, quae *cum additionibus novis ab auctore studiosissima revisione tertio superadditis*, Basileae 1508 in 4to prodiit, plurimis figuris ornata.]

Digitized by Google

hoffer, Ioan. *Lonſteck* de Geppingen, Vlricum *Krafft*, Ioan. *Wydman*, Ioan. *Reuchlinum*, ſeu Capnionem, Conradum *Leontorium*, Io. *Caſeolum*, Nicol. *Gerbellium*, Henricum *Bebelium*, Hieronym. *Embſer*, Leonard. *Clementem*, et Io. *Renatum*. Ex quo doctiſſimorum hominum numeroſo grege, omnis generis litteraturam poſthac mirum in modum propagatam, atque ad noſtram usque aetatem derivatam fuiſſe, nemo, opinor, eſt, qui dubitare poſſit.

De rebus RELIGIONIS cauſſa his in terris geſtis, in primis tractat IO. VLRICVS PREGIZER in prolegomenis ad *Sueviam* et *Würtembergiam ſacram*, Tubingae 1717. in 4to. publicatam, ubi triſtiſſimum religionis ſtatum ſub *gentiliſmo* ante exortum in Suevia *chriſtianiſmum* vivis coloribus depingit. Eodem pertinet IOACHIMVS VADIANVS, de primitivae eccleſiae ſtatu, ſeu *chriſtianiſmi aetatibus* aurea et argentea, in MELCH. GOLDASTI ſcriptoribus rerum Alamannicarum tomo III. p. m. 117. Plurimum deinde lucis eccleſiaſticae hiſtoriae illarum partium ſuffundit cl. FRAN-

Digitized by Google

CISCI PETRI praeſtans opus, quod, *Sueviae eccleſiaſticae* nomine, clericalia collegia tum ſaecularia tum regularia, quaevis item diverſorum religioſorum ordinum utriusque ſexus monaſteria nova et antiqua, in Suevia conſiſtentia, cum ſuis fundationibus, originibus, iuribus, privilegiis, immutationibus &c. luculenter deſcribit. Prodiit illud Auguſtae et Dillingae 1699. in fol. Iungenda huic MICHAELIS III. collectio *ſcriptorum rerum hiſtorico-monaſtico-eccleſiaſticarum*, de qua parte I. L. II. C. I. Item ASCANII TAMBVRINI inſigne opus, *de iuribus ac privilegiis abbatum, praelatorum, abbatiſſarum et monialium*, Coloniae 1601 tomis IIII. in fol. procuſum, quo hiſtoria ſacra Sueviae, monaſteriis admodum foecundae, mirum in modum illuſtratur. Non exigui quoque momenti eſt, ad hiſtoriam Sueviae eccleſiaſticam plenius cognoſcendam, P. CORBINIANI KHAMM ord. S. Benedicti *Hierarchia Auguſtana chronologica tripartita in partem cathedralem, collegialem, et regularem*, i. e. ſeries et deſcriptio Auguſtanorum epiſcoporum, proëpiſcoporum, praepoſitorum, decanorum atque canonicorum

Au-

Digitized by Google

Auguſtanae cathedralis; nec non praepoſitorum ac decanorum Auguſtanae dioeceſis eccleſiarum collegiatarum; inſuper abbatum, praepoſitorumque Auguſtanae dioeceſis eccleſiarum regularium. Publica quidem luce donatum eſt, egregium hoc magnoque ſtudio et diligentia confectum opus, Auguſtae ab an. 1709. ad 1719. volum. V. in 4to. maximae tamen hodie raritatis eſt vel propterea, quod in Romanum prohibitorum librorum indicem certis de cauſſis relatum fuit. Fuſius illius meminit WEGELINVS ſupplem. altero *bibliothecae ſcriptor. rerum Suevicarum*, pag. XIII. Neque omittenda HENRICI MVRERI *Helvetia ſacra, oder Beſchreibung aller Heiligen in der Schweitz und Schwaben. Lucern.* 1648 in fol. Praeterea CHRISTOPH. BESOLDI ſingularia eaque rariſſima opera ſequentia, his adnumeranda ſunt, videlicet: *Prodromus vindiciarum eccleſiaſticarum Wirtembergicarum*, ſive ſuccincta — demonſtratio, quod monaſteria in Wirtembergia, quae — Ferdinandus II. Aug. iure et armis Deo et eccleſiae reſtituit, ſint immunia &c. Tum: *Documen-*

Digitized by Google

menta redivivа monasteriorum praecipuorum in Ducatu Wirtembergico sitorum &c. Tandem: *Virginum sacrarum monumenta, in Principum Wirtembergicorum ergastulo litterario — detenta* &c. Publici haec iuris facta sunt, tacito auctoris nomine, Tubingae 1636. tomis III. in 4to. recusa subinde, fine loci mentione, Viennae 1720. voluminibus totidem in fol. (a) Eorumdem monasteriorum et ecclesiarum statum, qualis suo tempore fuerat, breviter sed adcurate describit ANDREAS CAROLVS abbas S. Georgii in *memorabilibus ecclesiasticis*, Tubingae 1597.

(a) [Vid. de his utilissimis scriptis *Bibl. Struvio-Buderianae* tomus II. p. m. 1240; IOANNIS VOGT *catalogus* historico-criticus *librorum rariorum*, Hamburgi 1753 quartum editus, p. m. 81; et IO. IAC. MOSERI *bibliotheca scriptorum de rebus Wirtenbergicis*, quae habetur in eius *miscellaneis iuridico-historicis*, Francof. et Lipsiae 1729. in 8vo editis, parte quarta; itemque illius *bibliotheca scriptorum de rebus Suevicis*, CRVSII *annalibus*, in vernaculum translatis, subiecta, quibus in locis haec BESOLDI opera fusius recensentur.]

Digitized by Google

1597. in 4to procusis. Denique lectu digniſſima eſt R. P. CLEMENTIS SENDER ord. S. Benedicti *historica relatio de ortu et progressu haeresum in Germania*, praesertim vero Augustae Vindel. ex antiquis annalibus MSS. cuiusdam coaevi fideliter descripta. Ingolstadii 1654. in 4to. Incipit haec relatio ab anno 1518. et progreditur ad annum 1533. Enarrat quidem clariſſimus auctor summa fide res religionis causſa praecipue Augustae gestas, et in comitiis ibidem a Carolo V. anno 1530 celebratis in primis copiosus eſt; attamen commemorat etiam, quae alibi atque his pariter in regionibus propterea acciderunt.]

§. VII.

SCRIPTORES RELIQVARVM AVSTRIAE INTERIORIS PROVINCIARVM.

[GORITIAE Comitatus nobiliore, opinor, hiſtorico hodiedum gloriari non poteſt, quam excellentiſ. Com. RVDOLPHO CORONINI; cuius *tenta-*

Digitized by Google

tamen genealogico-chronologicum, promovendae seriei Comitum et rerum Goritiae conscriptum, Viennae primum an. 1752 in 4to. deinde curis secundis, auctius emendatiusque an. 1759. in fol. cum figg. editum, parte I. L. I. S. I. C. II. § VII. commendavimus. Libros seu manu exaratos, seu typis vulgatos, quibus clarissimus auctor usus est, eos ille omnes suis in locis quam adcuratissime designat, digitumque velut in fontes intendit, ubi plura hauriri queant. Inter quos eminent; *Nobilis d'* ISCHIA *historia della Principale Contea di Gorizia, o sia racconto Chrono-Stemmatographico di que Prencipi Conti*; R. P. MARTINI BAUZER seu *Bauschler* tam *historia rerum Noricorum & Foroiulienſium*, ab an. 1268. ad 1563, quae adhuc inedita est, & a familia Cobenzliana custoditur manuscripta; quam *syllabus Ducalium S. R. I. Comitum Goritiae*, qui etiam ineditus in bibliotheca Graecensi S. I. olim exstitit; REPERTORIVM AVSTRIACVM MS; continens epitomen diplomatum, chartarumque veterum, quae in Augustae Domus Austriacae tabulariis, Graecensi praecipue & Oenipontano adservantur;] vetus denique

Ra-

Digitized by Google

Rationarium Goritiense MS. in quo non pauca inveniuntur. Comitatus istius historiam illustrantia — *Synodi provincialis, Goritiae* mense Iunio anni 1600. celebratae, *decreta* IOAN. BAPT. NATOLINVS Vtini edidit hac cum epigraphe: *Decreta promulgata ab ill. et reverendiss. D. D. Franc. Barbaro, Patriarcha Aquileiensi, in Dioecesana synodo Goritiae habita, nationis Germanicae, et Slavicae, dioecesis Aquileiensis, an. Domini MDC. II. Iunii.* — De erectione *Archiepiscopatus Goritiensis* et Vtinensis, perpetuaque suppressione Patriarchatus Aquileiensis exstat constitutio Benedicti XIIII. P. M. Romae anno 1751 in fol. evulgata, hoc titulo: *Sanctiss. in Christo patris et D. N. Domini Benedicti divina providentia Papae XIIII. constitutio super Aquileiensis Patriarchatus, et sedis perpetua suppressione, et extinctione: nec non erectione duorum Archiepiscopatuum, Vtinensis, et Goritiensis, cum aliis opportunis dispositionibus.* — Quod in bibliotheca Windhagiana, inter libros iuridicos n. 1133. Viennae reperitur volumen, inscriptum: *Der Grafschaft Görz und fünff N. Oe. Landen Vergleich*, de anno 1542. in fol. politicum huius pro-

vin-

Digitized by Google

vinciae statum illustrat. — De Goritianis Comitibus ex *Andacensium* stirpe oriundis, breviter quidem, sat adcurate tamen agit ANONYMI *chronicon sancti montis Andechs* cuius tria exempla in bibliotheca Caesarea habentur: unum MS. latinum anno 1457 descriptum, cum quo compactus est alter eiusdem chronici codex, germanico alio charactere exaratus; tertium exemplar germanicum typis vulgatum est anno 1572. sine loci mentione. — In bibliotheca Windhagiana quoque exstat ANONYMI *chronicon Andecense* germanicum Monachii 1595. in 4to. emissum, et anno 1685 in 4to. recusum, additis omnium notatu dignorum reliquiarum imaginibus, ligno incisis. [Demum paucis abhinc annis CAROLVS MORELLI, de Comitatu isto, praestans omnino, et documentis bene multis, ex tabulariis potissimum Goritiensibus et Gradiscanis, tam publicis quam privatis, roboratum opus evulgavit, hoc titulo: *Saggio storico della Contea di Gorizia dall' anno* 1500 *all' anno* 1600. *Parti due. In Gorizia* 1773. in 4to. Praemissa introductione, qua de antiquis Comitibus Goritiensibus, deque ve-

Digitized by Google

veteri tam ecclesiastico quam politico Comitatus statu ab anno 1306 ad 1500. agitur, parte *prima* historia ipsa a Maximiliano I. Aug. ad quem anno 1500. Goritiensis Comitatus devolutus fuit, ad annum 1600 pragmatice enarratur; bellaque hac aetate cum Venetis gesta in primis adcurate describuntur; parte *secunda* gubernationis civilis ratio, iustitiae administrandae ordo, reditus Principis, ecclesiastica iurisdictio, bona, collegia religiosa, atque alia eius generis dilucide exponuntur, virorum demum illustrium, qui saeculo XVI floruere, memoriae distincte ob oculos ponuntur.

AQVILEIAE omnisque circumiacentis dioeceſis historiam, praesertim sacram et ecclesiasticam, iam alibi laudatus, doctissimus F. IO. FRANCISC. BERN. MARIA de RVBEIS, posteaquam edita prius Venetiis anno 1732 dissertatione, Aquileiensis historiae partem, quae post medium sexti, ad initia saeculi noni excurrit, meliore sorte digeri ac dilucidari posse, ostendit, magna industria, parique veritatis studio elucubratam, orbi litterato dedit

Digitized by Google

Argentinae 1740. vol. II. in fol. hac cum epigraphe: *Monumenta ecclesiae Aquileiensis commentario historico-chronologico-critico illustrata, cum appendice, in qua vetusta Aquileiensium Patriarcharum, rerumque Forojulienſium chronica, emendatiora quaedam, alia nunc primum in lucem prodeunt.* Complectitur autem *appendix* inter alia, huc referenda, quae sequuntur: 1. *Catalogum Patriarcharum Aquileiensium*, qui quotannis die secunda Februarii, in festo Purificationis Deiparae, in ecclesia collegiata S. Mariae in civitate Fori Iulii recitatur; 2. *chronicon Patriarcharum Aquileiensium*, quod in tabulario capituli civitatis Fori Iulii servatur; (*a*) 3. *chronicon alterum* initio mutilum, ex eodem laudati capituli tabulario; (*b*) 4.

(*a*) [Habet id in Maxentio, qui Aquileiensem saec. VIIII ineunte regebat ecclesiam, suum finem. Typis vulgavit illud, attamen Patriarcharum vitis ad Nicolaum usque, qui anno 1358 obiit, auctum, LVD. ANT. MVRATORIVS T. IIII. *anecdot. Latin.* et T. XVI. *rerum Italicarum.*

(*b*) Hoc chronicon in eo, quod a MVRATORIO vulgatum est, integrum continetur.]

Digitized by Google

4. *chronicon tertium* Patriarcharum Aquileienſium, a *Volchero*, in quo praecedens deſinit, ad *Ludovicum de Tech*, an. 1413. electum; 5. nonnullorum *Patriarcharum vitas*, ab anno 1381 ad 1411, ex alio quodam chronico deſumtas; 6. de *rebus Foroiulienſibus* ſub Ludovico de Tech, ex chronico aliquo MS. Patriarcharum; 7. *Vrbes, caſtra, oppida*, et *arces Foroiulienſes*, ex cod. MS; 8. IVLIANI canonici Foroiulienſis, et IOANNIS fratris *chronicon Fori Iulii* ab anno 1252 ad 1364; 9. *epitomen* ſuperioris *chronici*, ex vetuſtiſſimo necrologio capituli Foroiulienſis ab an. 1252 ad 1331; (*a*) 10. *fragmenta hiſtorica* ex eodem necrologio depromta; 11. IOAN. AYLINI de MANIACO *hiſtoriam belli Foroiulienſis* tempore D. Philippi de Alençonio Cardinalis et Aquileienſis Patriarchae, ab an. 1381 ad 1389; 12. denique *fragmenta* alia *hiſtorica*,

(*a*) [Vtrumque hoc chronicon inſeruit MVRATORIVS tomo XXIIII. *ſcriptorum rerum Italicarum.*]

Digitized by Google

rica, ex necrologio MS. paulo ante laudato. — Neque alienum videtur, eorum quoque hoc loco mentionem facere, quos cl. RVBEIS, in rebus Aquileiensibus illustrandis, olim cum insigni nominis gloria pariter desudasse, ac sibi viam veluti praemonstrasse, in praefatione suo operi praemissa, ingenue confessus est. Sunt autem sequentes: IOANNES CANDIDVS, patricius Vtinensis, qui veterum praesertim chronicorum MSS. adhibita fide, *Aquileienses commentarios* contexere adgressus est, et Venetiis anno 1521 publici iuris fecit; tum FERDIN. VGHELLVS, qui tomo V. *Italiae sacrae* Romae 1653 vulgato, eamdem Spartam suscepit adornandam; denique HENRICVS PALLADIVS de Olivis, et IO. FRANCISCVS nepos ex illustri inter Vtinenses familia prognati, quorum *ille* summa dictionis elegantia, et latini sermonis puritate coeptam *rerum Forojulienſium historiam*, quae sacra simul ac profana complecteretur, ad Attilae tempora libris XI. perduxit: hic vero editionem operis istius posthumi, unacum libris V. *de oppugnatione Gradiſcana*,

Digitized by Google

ſcana, Vtini anno 1659 in fol. curavit, atque anno inſequente 1660 res easdem, italica lingua, hoc titulo: *hiſtorie della provincia del Friuli*, ab Attila ad ſuam usque aetatem litteris traditas, ibidem in fol. emiſit. Accedunt *vitae Patriarcharum* Aquileienſis eccleſiae, quas ab ANTONIO BELLONO, notarii munere Vtini fungente, plurimis inſpectis ſchedis, quas vocant, tabellionicis, ſaeculo. XVI. usque ad Marcum Grimani Patriarcham perductas, MVRATORIVS tomo XVI. *ſcriptorum Italiae* publici iuris primum fecit. Tandem et illi antiſtitum *Aquileienſium catalogi*, quos WOLFG LAZIVS commentariis *reipublicae Romanae*, et SAMMARTHANI fratres *Galliae* ſuae *chriſtianae*, inſeruerunt, in numerum venire debent. — Praeterea haudquaquam ſilentio praetermittendi ſunt: IVSTI FONTANINI libri quinque, prorſus egregii, *hiſtoriae litterariae Aquileienſis*, qui Romae 1742 in 4to. typis dati ſunt. — Et quam RVDOLPHVS Com. CORONINI, de *origine praepoſiturae S. Stephani*

Digitized by Google

prope Aquileiam, brevem quidem, attamen ſollicita cum diligentia elucubravit *diſſertationem*, ea Tridenti in 4to procuſa fuit, iuſtamque omnino laudem meretur.]

Digitized by Google

LIBER SECVNDVS.

SCRIPTORES GENEALOGICI AVGVSTAE DOMVS AVSTRIACAE.

CAPVT I.

SCRIPTORES GENEALOGICI PRINCIPVM AVSTRIAE, GENTIS BABENBERGICAE,

Antequam hiſtoricos Auſtriae Principum, utriusque ſtirpis, tam Babenbergicae, quam Habsburgicae enarraturi ſumus, genealogicos Auguſtae huius Domus ſcriptores enumerare oportet vel propterea; quod absque horum

Digitized by Google

ſubſidio, et adiumento univerſa eius generis hiſtoriae cognitio mutila eſt, et imperfecta. Praetermittemus autem de induſtria auctores illos, qui, dum tabulas genealogicas publici iuris fecerunt, obiter dumtaxat ſereniſſimae gentis Auſtriacae meminerunt, illosque ſolum recenſebimus, quibus Auſtria princeps ſcribendi incitamentum fuiſſe videtur. Atque, ut a *Babenbergica* ſtirpe ordiamur, primo loco occurrit:] ANONYMI *des Hochlöblichſten Kayſerlichen Hauſs von Oeſterreich Stammen, und Genealogia*, quod opus, Babenbergicam familiam ſolum complectens, recentiore manu ſcriptum, (*a*) inter codices hiſtoricos profanos bibliothecae Caeſareae n. 435 reperitur.

[Eodem pertinet alius eius bibliothecae codex manu exaratus, inter hiſt. prof. n. 320. cui titulus: *Veterum Marchionum et Ducum Auſtriae atque Styriae genealogia*, partim proſa oratione, partim rhythmis germanicis, quem HIERON. MEGISERVS unacum IOANNIS

(*a*) [Seu potius deſcriptum; quoniam in fine dicitur, Baſileae impreſſum fuiſſe.]

Digitized by Google

NIS ENNENKEL *Fürſtenbuch*, de quo infra L. III. C. 2. plura, Lincii 1618 in 8vo. publicavit.]

Tabulam ſtemmatologicam *Auſtriae Marchionum Babenbergicorum* cl. HANTHALER ſaepius laudatis *faſtis* ſuis *Campililienſibus* praefixit, atque volumine primo, ſeu faſtorum propylaeo, ex quam plurimis omnis aevi documentis, non infeliciter conſtabiliendam ſuſcepit.

[Illuſtris hiſtoricos inter memoriae IO. GEORG. ECCARDVS tam in praefatione *hiſtoriae genealogicae Principum Saxoniae ſuperioris*, Lipſiae, 1722 in fol. editae, §. XIII et ſeqq. (*a*) quam in *hiſtoria Franciae Orientalis* Wirceburgi 1729. in fol. vol. duobus publici iuris facta, tomo ſecundo, praeſertim pag. 812 et ſeqq. ſtirpis Babenbergicae genealogiam vulgavit quidem, eruditis

(*a*) [Vbi ſententiam ſuam adverſus HIERON. PEZII opinionem, de ortu veterum Auſtriae Marchionum, in eius ſcriptorum rerum Auſtriacarum prooemialibus diſſertationibus explicatam, pluribus defendere conatur.]

Digitized by Google

tamen non usque quaque ſatisfecit, plus fidei coniecturis ſuis, quam veteribus documentis tribuendo.

Quod IOAN. WILHELM. HOFFMANNVS Francofurti ad Viadrum anno 1731 in 4to. emiſit, Wittembergae 1740. eadem forma poſtea recuſum: *Stemma Babenbergico-Auſtriacum emendatum atque illuſtratum*, id HIERONYMO PEZIO, in *hiſtoria S. Leopoldi* Viennae 1747 in fol. vulgata, pag. 14. permultis in locis haud mediocriter depravatum et obſcuratum dicitur.

Schema genealogicum Babenbergicum, quod in IOAN. IAC. FVGGERI *Spiegel der Ehren des Erzhauſes Oeſterreich* libro ſecundo exhibetur, et uberius explicatur, ab erroribus tam hiſtoricis, quam chronologicis immune non eſt.]

Reverendiſſ. D. CHRYSOSTOMVS, monaſterii Campilienſis in Auſtria quondam Praeſul, quamdam pariter *ſeriem genealogicam* proſapiae *Babenbergenſis* magna induſtria concinnavit; quae in eiusdem coenobii bibliotheca, inter codices MSS. inedita adſervatur.

[Adiungi his poteſt R. P. LEOPOLDVS FISCHER, qui parti ſecundae

Digitized by Google

dae *brevis notitiae urbis Vindobonae*, anno 1768 ſecundis curis in 8vo. editae, ſubiecit tabulas genealogicas, chronologicas, et necrologicas Principum Auſtriae ex ſtirpe Babenbergica, cum praecipuis eorum geſtis; in quibus cl. SIGISMVNDVM CALLES praecipue ſequutus fuit.]

CAPVT II.

SCRIPTORES GENEALOGICI PRINCIPVM AVSTRIAE GENTIS HABSBVRGICAE.

De Domus Habsburgo-Auſtriacae vera origine tam variae auctorum ſententiae ſunt, ut dubium omnino ſit, quod certum illius primum initium ſtatui debeat. Accidit enimvero illud ſummis gentibus, ut quo antiquiores ſunt, eo magis earum lateant initia. Nos celebriores ſcriptores hic excitabimus, atque ab illis ordiemur, qui familiam Habsburgicam a *Perleonibus* deducunt.

Egit id ARNOLDVS WION, celebris ex ordine S. Benedicti ſcriptor, edito *Ligno vitae* Venetiis anno 1595.

vol.

Digitized by Google

vol. II. in 4to. Rariore hoc noſtra aetate libro, origo ſucceſſusque ordinis S. Benedicti explicatur. Illud autem praecipue ſibi propoſuiſſe videtur auctor; ut celebritate Caeſarum, Regum, Principum, ſummorum Pontificum, Epiſcoporum, illuſtriumque omnis generis virorum ac feminarum, ſub regula S. Benedicti quondam militantium, ſacram religionem ſuam illuſtraret. Et quum S. Benedicti genus cum Auſtriaca Domo cognatum velit, operis prodromus, quo de antiquiſſima familia Romana Anicia, Proba, Olybria, Perleonia, Frangipania, Habsburgia, Auſtriaque agitur, in primis legi expendique meretur vel propterea, quod nonnulla profert ſingularia, neque ab aliis commemorata. Plus tamen olei, quam ſalis huic ineſſe operi dubitandum non eſt. — Merito proinde refutavit *Wionem* RICHARDVS STREINIVS libro *Antianicianorum*, cuius exemplum, partim autographum, partim alius manu ſcriptum, et ab auctore emendatum, imperfectum tamen, in Auguſta bibliotheca Vindobonenſi inter hiſtor. prof. MSS. n. 143.

Digitized by Google

n. 143 reperitur. Conſcripta videtur haec *Wionis* refutatio aliquot poſt menſes, quam illius *Lignum vitae* lucem publicam primum adſpexerat. — Sequutus tamen fuit Wionem cl. D. IOANNES SEIFRIDVS Claraevallis Auſtriae abbas, in *Arbore Aniciana* ſeu genealogia — Auſtriae Domus Principum ab Anicia — urbis Romae familia deducta, ſeptemque libris (*a*) explicata, quae Viennae an. 1613. in fol. procuſa eſt. Induſtrius hic auctor atque elegans, quamquam primus non ſit, praecipuus tamen huius genealogiae adſertor videri debet. (*b*) — Oppoſuit ſe qui-

(*a*) [Ex ſeptem, quos promiſerat auctor, tres priores dumtaxat typis dati ſunt. Reliquos quattuor certas ob rationes, a ſe in calce libri tertii expoſitas, in aliud tempus differendos putavit; morte autem occupatus, promiſſa ſua explere non potuit.

(*b*) Vid. HIERON. GVNDLINGIVS *hiſtor. litterar.* tomo I. parte quarta, ubi condignis doctiſſimus hic ſcriptor laudibus ornatur. Legi pariter meretur celeberrimi SEBASTIANI TENGNAGEL, I. V. D. et Cae-

Digitized by Google

quidem *Seifrido* CASPARVS SCIOPPIVS in *ſtemmate* ſuo de *origine Domus Auſtriacae* Ticini 1619. in 4to typis dato, in primis vero in libello poſthumo Conſtantiae 1651. in 12mo. publici iuris facto, quem *diſceptatiunculam* de hac arbore Aniciana cum Seifrido vocat; ubi maledico calamo auctoris credulitatem mirum! quantum perſtringit, a LAMBECIO propterea L. I. et II. Comment. Bibl. Caeſar. acerrime reprehenſus. — Repetit quoque familiae Habsburgicae originem a Perleonibus R. D. PAVLVS monaſterii Ciſtercienſis ad S. Crucem in Auſtria abbas, in *explicatione tabulae hieroglyphicae Auſtriacae*, quam Regi Mathiae depictam obtulit. In huius tabulae parte dextra decem Imperatores Anicii, totidemque Auſtrii ad ſiniſtram ſunt collocati; ſuperne duodecim vexilla, ſymbolis eorumque lemmatibus inſcripta circumdant titulum, quo tabula ipſa dicatur: *Mathiae II, Ani-*

Caeſarei bibliothecarii, *relatio* de praeſenti opere, ad ſacrae Caeſar. Maieſt. interius et ſanctius Viennae relictum conſilium, quae initio libri primi reperitur.]

Digitized by Google

Anicio, *Probo*, *Olybrio*, *Perleonio*, *Frangipanio*, *Habsburgico*, *Auſtrio*, *Regi Hungariae*, *Regi deſignato Bohemiae*, *Patri Patriae*. Atque his ex familiis gentem Habsburgicam profectam eſſe, in ſua *ſyllexi genealogica* ſe oſtenſurum auctor promittit. Id quod an praeſtiterit unquam? merito ambigit clariſſimus *Gentilottus*. Exſtat autem laudata explicatio hieroglyphici in Auguſta biblioth. Vindob. inter MSS. cod. hiſtor. prof. n. 947. — Eadem initia tribuit genti Auſtriacae CYPRIANVS Comes BOSELLI in *Auſtria Anicia*, qui liber italica lingua ſcriptus, Mediolani anno 1680. vol. II. in fol. emiſſus eſt. — Perleonius porro ſcriptor eſt CORNEL. VATIGNANVS Neapolitanus, cui debetur: *La Genealogia e deſcendenza dell' Auguſtiſſima et invitiſſima proſapia d' Auſtria*. In lucem datum eſt hoc opuſculum Neapoli 1601. in 4to. et quoniam in eo Regum Hiſpaniae, qui Auguſtiſſimae Domui Auſtriacae originem ſuam debent, proſapia uberius elucidata eſt; in linguam poſtea hiſpanicam traductum, et inter cetera regiae Eſcurialis bibliothecae MSS. repoſitum eſt. —

[Eo-

Digitized by Google

[Eodem pertinet DONATI STANISLAI PERILLI *notitia Auguſt. ſtemmatis Auſtriaci* ſolidiſſimis auctorum tum veterum tum recentiorum teſtimoniis quam perſpicue indicata. Neapoli 1729. in 4to — Num P. HIERONYMI BARDI, monachi Camaldulenſis, tractatus italicus MS. de *familia Habsburgica Perleonia*, ad quem WION in *Ligno vitae* ſaepius provocat, typis unquam datus ſit? ignoro. —] Qui plura de familia Aniciana ſcire deſiderat, illi adeunda eſt FRANCISCI TOMASINI *Selva genealogica delle famiglie della grand caſa Anicia*; quod ſcriptum Venetiis 1694. in 4to. vulgatum fuit. — Denique egregia prorſus ac ſingularia ſunt, quae NICOL. HIERON. GVNDLING tomo I. parte I. n. 4. *Gundlingianorum* ex optimis et coaevis ſcriptoribus obſervavit, et hac cum epigraphe typis dedit: *Ob diejenigen, welche die Grafen von Habsburg aus dem Perleoniſchen Stamm herführen, dem Erzhauſe Oeſterreich einen Gefallen erweiſen?* ubi hanc ſententiam refellit, et ſigillatim oſtendit Leonem, Petri Leonis patrem, iudaeum fuiſſe: ut adeo Auguſtae

guſtae familiae Auſtriacae hac opinione parum ornamenti acceſſurum videatur. (*a*)

Secundi ordinis ſcriptores a *Francorum Regibus* familiam Habsburgicam derivant. Sic exſtat: LAVRENTII WESSEL ab ESSEN poëma rhythmicum germanicum, de genealogia Habsburgo - Auſtriaca, ſcriptum anno 1523, modisque muſicis adcommodatum; cui locus conceditur in biblioth. Caeſar. Vindobon. inter codices MSS. philologicos n. 13. — WOLFG. LAZII *tabula genealogica* antiquorum *Comitum ab Habsburg*, quam ab Attico, vel Etticone, filio Leuterici, et Erchenvaldi prone-

(*a*) [Leonem hunc a Iudaeis prognatum refert etiam ARNVLPHVS Sagienſis archidiaconus, et poſtea epiſcopus Lexovienſis in libro: *de Jebiſmate orto poſt Honorii P. P. deceſſum*, cap. 3. Teſtis quoque eſt coaetaneus auctor *chronographus Mauriniacenſis*, qui pag. 376 ita ſcribit: „ *Fuit Petrus, Petri filius,* „ *filii Leonis. Leo vero a Iudaiſmo paſcha, i. e.* „ *tranſitum faciens ad Chriſtum, a Leone bapti-* „ *zari, et eius nomine meruit inſigniri.* „ Vid. IO. GEORG. ECCARDI *origines familiae - Habsburgo - Auſtriacae* Lib. II. C. 7.]

Digitized by Google

pote, quorum uterque Maioris Domus officio apud veteres Francorum Reges inſignis fuerat, exorditur, et in Rudolpho I. Caeſare claudit, reperitur inter codices MSS. hiſtor. prof. bibliothecae Caeſareae, in membrana exarata, n. 54. in fol. — [DIDACI de LEQVILE (*a*) *de rebus Auſtriacis* tomi tres Oeniponti 1660. in fol. c. figg. excuſi huc quoque referri debent. Quamquam enim auctor pietatem Auſtriacam prae reliquis ſibi propoſuiſſe videatur, tamen omnia pariter illa congeſſit, quae Auguſtae gentis genealogiam, ſanguinisque nexum cum Domo Borbonia ob oculos ponunt. Atque hic liber raritate quidem ſua ſe commendat, et multa continet peculiaria, quae familiae Habsburgicae hiſtoriam illuſtrant: attamen iuſto ordine deſtituitur, et pluribus in locis, rerum geſtarum ſcriptori tantopere neceſſaria, abeſt ακριβεια. — In alio quoque opere hoc titulo:

L'

(*a*) [Verum auctoris nomen eſt: DIDACVS TAFVRI. Nam a patria ſua *Lequilis* ſeu *Aquilis*, provinciae Hydruntinae in Apulia oppido, cognomen adſcivit ſuum.]

Digitized by Google

L' Archiduca d' Auſtria Fernando - Carlo Conte regnante del Tirolo, o vero panegyrici poëtici in ſua lode, con le lor proſe politiche, Antverpiae 1653. in fol. edito, idem auctor *proſa tertia, conſideratione ſecunda* exhibuit: *l' origine di Caſa d' Auſtria ſeconde diverſe opinioni.*] — Conſimilis quoque ſententiae fuiſſe videtur RICHARDVS STREINIVS, cuius: *Verzaichnuſs aller Erzherzogen, und Erzherzoginnen, Künig, und Künigimmen, Kayſer, und Kayſerinnen des hochlöblichen Haus Oeſterreich. Anfangs aber von derſelben Vrſprung*: in bibliotheca Caeſarea cod. chart. hiſtor. prof. in fol. n. 394. reperitur. Nam operis tale eſt initium. „ *Die Wiedrigen dieſes Hauſſes Oeſterreich* „ *wollen nit, daſs dieſelben von denen alten* „ *Königen von Francken herkommen, ſon-* „ *dern zum Theil von Römiſchen Burgern*; *&c.* „ — [Alia eiusdem STREINII *genealogia Principum Auſtriae*, pro Rege Poloniae, iuſſu Archiducis Mathiae, quemadmodum praefixa huius ad auctorem epiſtola d. 9. Auguſti 1599. ſcripta, Streiniique reſponſum ad d. 14. Auguſti e. a. docet, confecta eſt, et cod. chart. hiſtor. prof. in fol. n. 162.

Digitized by Google

in bibliotheca palatina Vindobonenſi autographa cuſtoditur. —] THEODORICI PIESPORDII *ſtemma Principum Habsburgo - Auſtriacorum*, origo, geſtaque a Pharamundo Francorum Rege ad ſua usque tempora deducta, et iconibus illuſtrata, Bruxellis 1620. in fol. excuſa ſunt. Conſtat autem hoc opus perquam rarum et tam Claudio Peireſcio, quam Ant. du Cheſne, viris apud Gallos clariſſimis, vehementer probatum, tabulis XII. aeri inciſis, ampliſſimi ſpatii, quibus omnis genealogia Auſtriaca usque ad Carolum V. imaginibus, ſuccinctaque deſcriptione declaratur. — HORTENSII PALAVICINI *hiſtoriae Caeſarum Auſtriacorum*, adiectum etiam eſt *regiſtrum genealogicum*, a Pharamundo Francorum Rege ad Rudolphum I. Habsburgicum, eiusdemque continuatio cum XIII. Imperatoribus Auſtriacis ad Ferdinandum III. usque nitide aeri inciſis. — Ad eamdem claſſem referendi ſunt WOLFGANGI LAZII *commentariorum in genealogiam Auſtriacam libri duo*, in quibus praeter vetuſtatem, nobilitatem, atque arborem recta aſcendentem inclytae gentis Habsbur-

Digitized by Google

burgicae, propagines etiam ad latera diffunduntur eorum, qui et ipſi non minus quam Auſtriades ex Habsburgicis egreſſi ſunt, &c. Baſileae 1564. in fol. (*a*) — Don IOSEPHVS PELLI-

(*a*) [Severus in hos commentarios cenſor exſtitit FRANC. GVILLIMANNVS *hiſtoriae Auſtriacae* MS. Lib. VIII. ita ſcribens: „ *Lazii profecto, ſi, quae*] *in genealogiam* „ *Auſtriacam commentaria ſcripſit, ad nor-* „ *mam veritatis penſitamus, tot pene exer-* „ *rationes ſunt, quot eiusdem lineae; nullius* „ *omnino principis toto opere cum fide geſta no-* „ *tata, pauca admodum coniugia, rara libero-* „ *rum pignora, confuſa, abſurda, falſa plerum-* „ *que omnia, perinde, quaſi implenda charta* „ *non digerenda laboraret, haec non absque in-* „ *ſigni principum iniuria, quibus hiſtorici titu-* „ *lo et officio impoſuit; maiori, neſcio, auda-* „ *cia, an indignitate?* „ Haec ille. PONTVS quoque HEVTERVS Lazium in praefatione libri ſingularis *de Habsburgicorum atque Auſtriacorum Principum origine*, tanquam virum iudicii non ſatis ſemper exacti graviter perſtringit, lectoresque admonet: ne eidem in commentariis Auſtriacis ubique credant, niſi in errorem trahi velint. Interea

Digitized by Google

CERIVS, Caeſarauguſtanus anno 1641. *Grandezas de la Auguſtiſſima Caſa de Auſtria*, Scipioni du Pleix, ſupremo Galliarum Regis hiſtoriographo, qui Auſtriacam gentem ex Pharamundo Francorum Rege originem ſuam derivare pernegavit, feliciter oppoſuit. — ANONYMI cuiusdam opera confecta eſt *genealogia*, vernaculo ſermone exarata, Auguſtae *gentis* Auſtriacae, a Chlodovaeo Francorum Rege incipiens, et in Ioanne Duce Auſtriae deſinens, actis et epitaphiis Trudpertinis innitens; quae in bibliotheca Caeſarea cod. chart. inter hiſtor. prof. n. 91. adſervatur. — Alia ibidem, inter hiſtor. prof. n. 212. olim 82. cod. chart. in fol. paginarum 115. habetur ANONYMI *genealogia Maximiliani Caeſaris*, incipiens a regali Hectoris ſtirpe per rectam lineam S. Chlodovaei Regis deducta, ſingulorumque ico-

terea tamen IO. PET. a LVDEWIG *Germ. Princ.* L. I. C. 6. optimum in hoc argumento auctorem vocat Lazium, qui repetita induſtria, tabularia monaſteriorum in Helvetia, Alſatiaque inſpexit.]

Digitized by Google

iconibus ligno inciſis, numero ſeptuaginta ſeptem ornata, nihil tamen praeter imaginarios maiores ſingulare referens. — Eiusdem pretii altera *gentis Auſtriacae genealogia* eſt, quae cod. chart. in 4to. inter hiſt. prof. n. 757. ibidem reperitur, a Priamo Sicambriae et Franciae Duce, per Merovingicos usque ad Philippum I. Maximiliani I. filium deducta. — [Aliud quoque exſtat MS. IOAN. VLRICI PREGIZERI autographum, 29. foliis conſtans, quod is an. 1705. ex MARTINI RAVSCHERI, in academia Tubingenſi profeſſoris publici, ſchedis anecdotis, *veram originem Domus Auſtriae* a veteribus Franciae Regibus non interciſa ſerie deducentibus, collegit. Attamen ſcriptum hoc valde imperfectum, et ex Guillimanno potiſſimum deſumtum eſt.] — Melioris commatis ſunt IOANNIS DILLENI *diſſertationes hiſtoricae* de origine Francorum, et ſtemmate Habsburgico, Lovanii 1623. in 4to. in lucem prolatae. — IOANNIS GANSII *arboretum Auſtriacum*, exhibens omnes fere Imperii Principes, et Europae hodie Reges linea recta deſcendentes a Rudolpho I.

Digitized by Google

Imperatore, operoſum quidem ac rarum eſt, in multis tamen a vera genealogiae ratione aberrat. Prodiit Coloniae 1638. in fol. — Quae in bibliotheca Caeſarea inter MSS. codices hiſtoriae profanae a n. 379. ad 390. exſtant IACOBI MANLII, ſeu, uti alias appellatur, MENLII aut MENNEL volumina chartacea XI. vaſtum quidem continent chronicon genealogicum germanicum, ſed non magni ponderis, incertaeque fidei, in quo progenies et affinitates Auguſtae Domus Auſtriacae, ab Hectore Troiano per Francorum Reges deductae ſunt, vitaeque Principum, tam virorum quam feminarum, cum eiusdem, tum cognatarum gentium, quotquot vel in ſanctorum album relati, vel in opinione ſanctitatis obierunt, deſcriptae. Titulum impoſuit auctor: *Die Fürſtliche Cronikh, Kayſer Maximilians Geburt-ſpiegel genant*, illudque eidem Caeſari inſcripſit (*a*) — [Aliud hu-

(*a*) [Cl. MARQVARDVS HERRGOTT *genealogiae diplomaticae Habsburgicae* tomo I. prolegom. VIII. pag. 67. cuiusque

Digitized by Google

huius operis exemplar habetur in bibliotheca Caeſarea n. 390. ſed imperfectum, et uti advertit cl. Gentilottus, per ſupinam bibliopegi incuriam transpoſitum. — Eiusdem MANLII *Calendarium ſanctorum*, ex Domo Habsburgo-Auſtriaca, aliorumque eidem ſanguine coniunctorum *necrologium*, ea ratione confectum, ut eorum quidem, quibus coeleſtes honores tributi ſunt, nomina minio, aliorum vero atramento ſint conſignata. Exſtat codex MS. in Auguſta Vindobonenſi bibliotheca, claſſe hiſtor. eccleſiaſt. n. 18. Atque ex hoc calendario excerptus eſſe videtur alius IACOBI MENLII liber hunc praeferens titulum: *Seel- und heiligen buch Kayſer Maximilians Al'fordern: i. e. b gräbniſſe der Fürſten von Oeſterreich. Freyburg* 1522. in 4to. — Eiusdem libellus *de maiorum D. Maximiliani II. Rom. Imp. vita defunctorum monumentis, ſepulchris, templis, fanis, coenobiis, aliisque huiusmodi ab iis exſtructis, de nativitatis item, mortisque tem-*

que voluminis ſummam ſtrictim recenſet. Quo ex loco etiam ea, quae mox ſequuntur Manlii ſcripta, decerpta ſunt.]

Digitized by Google

poribus, inde usque a Chlodovaeo I. chriſtiano Gallorum Rege, ad D. Maximiliani II. obitum. Addita eſt *appendix* eiusdem Maximiliani II. poſteros et conſanguineos, atque affines, non tantum mortuos, verum etiam viventes, continens. Exſtat MS. codex in bibliotheca Caeſarea n. 1031. in 8vo. Typis quoque datus eſt Auguſtae Vindel. 1593. in 4to. ſumtibus GEORGII BARREVTTERI bibliothecae R. C. M. quae Viennae eſt, bibliopegae. Occurrunt in hoc eximiae raritatis opuſculo, ſingularum de familia Auſtriaca perſonarum, utriusque ſexus, dies et anni nativitatis, mortisque, loca ſepulturae, diverſaque alia notatu haud indigna, quae alibi vix reperiuntur.] — THEODORI AMADE Equitis et Comitis ab Amaden *de rebus Habsburgico-Auſtriacis commentarii*, quinque voluminibus in fol. conſtantes, quibus auctor 36. annis, ab anno Chriſti ſcilicet 1680. ad 1716, inſudaſſe fertur, huc pariter referendi ſunt. Vltimi quattuor huius operis tomi ab ipſo auctore initio parati fuere, primus vero, quem is morte praereptus abſolvere non po-

Digitized by Google

poterat, ad illius adverſaria MSS. exactus, atque completus eſt, a quodam PEREGRINO a TERGESTO. Tomo ſecundo & ſequentibus tabulae continentur plurimae, quibus inſignia gentis Habsburgicae miro ordine diſpoſita, atque a peritiſſimo pictore quam curatiſſime depicta ſunt; inter quae ſola arma gentilicia fere ad decem millia numerantur. Opus hoc, cui vix quidquam viſum eſt ſimile, manuſcriptum Poſonii adſervatum fuiſſe a D. *Gerhardo Cornelio a Drieſch*, teſtatur MARQVARDVS HERRGOTT *genealogiae diplomaticae Habsburgicae* T. I. prolegom. VIII. pag. 62, ubi ſingulorum quoque voluminum materiam diſtincte recenſet. — A Merovingicis ſatos eſſe Duces Auſtriae Habsburgicos pariter docet MICHAEL EYTZINGER in *genealogia Principum Auſtriae* a Iulio Caeſare ad Rudolphum II. Imperatorem et Philippum II. quinquaginta generationibus continuata. Prodiit hic levioris momenti libellus Coloniae 1590. in 8vo. — IOAN. GEORGII HAVBENREICH ab Hirſchhorn *genealogia des Hauſes Oeſterreich*

Digitized by Google

reich von Clodoväeo, dem erſten Chriſtlichen König in Frankreich an, bis auf den Kayſer Rudolphum II. publica luce donata eſt Hanoviae 1597. in fol. et Francofurti 1598. in 4to. Auctor, qui bibliopola Viennenſis erat, opus ſuum, exigui quantumvis pretii, Archiducibus Mathiae ac Maximiliano dicatum voluit. — IOAN. PETRI DAVBERI *Auſtriae gentis origo*, ſive Leopoldi I. Aug. genealogia ab Antenore Sicambrorum Rege, ex antiquis monumentis deducta, et carmine recens expoſita, Caſſelae 1658. in 4to. typis commiſſa eſt. [Et hunc etiam ſequitur IO. GEORG. KIEFFER in *diſſertatione politica de Habsburgo-Auſtriaco-Germanica Domo*, Friburgi 1671. in 8vo. publici iuris facta, et iam parte I. L. I. S. I. C. I. a nobis laudata.]

A Praefectis Helvetiae *Vindoniſſenſibus*, et *Comitibus Altenburgenſibus* Habsburgicos derivat FRANC. GVILLIMANNVS in commentariis ſuis, quos inſcripſit: *Habsburgica*, ſeu *de antiqua et vera origine Domus Auſtriacae*, et opere luculentiſſimo libris VII Mediolani 1605. in 4to. edidit. Recuſi fuere Ratisbonae 1606. in 4to. et Tiguri 1737. in 8vo.

In

Digitized by Google

In germanicam porro linguam per IOSEPHVM LANGIVM converſi, Friburgi 1607. in 4to. excuſi ſunt. Multa in his libris depromta ſunt ex monumentis Murenſibus. Et quamvis hodie Comites iſti ſatis exploſi ſunt, opponente ſe cl. MARQVARDO HERRGOTT, toto prolegom. IIII. *genea ogiae diplomaticae*, tomo I. praefixo, pag. 36. et ſeqq. tamen commentarii Guillimanni, qui ceterum fingendi in originibus libertate vehementer abutitur, egregiis aliis obſervationibus pleni ſunt — Eamdem ſententiam unica tabula genealogica exhibuit CASPAR SCIOPPIVS in *ſtemmate* ſuo *Auſtriaco*, magna ſermonis venuſtate elaborato, et ſupra iam laudato. — [Praeterea IOAN. RASCH easdem partes ſequutus eſt in rariſſimo noſtro aevo opuſculo Roſaci ad lacum Conſtantienſem in 4to ſ. a. evulgato, cui titulus: *Haus Oeſterreich. Von Ankunft, Vrſprung, und Namen der alten Grafen von Altenburg und Habsburg, daraus die hochtigen Fürſten von Oeſterreich ſeynd entſproſſen.*]

Ori-

Origines Mutenſis monaſterii, cum fundatorum Habsburgicorum genealogia ad *Guntramum* usque *Divitem* primum lucem viderunt, curante Peireſcio, Spirembergii, ſub quo nomine Lutetia Pariſiorum latet, an. 1618 in 4to. Addidit eas *probationibus* ſuis, *originibus Habsburgo-Auſtriacis* ſubiunctis, pag. 199. ECCARDVS; nec non LVDEWIG *ſcriptoribus rerum Germanicarum* pag. 399. Tandem vero ad fidem ipſius autographi ſummo ſtudio exactas et reſtitutas, collatasque cum editione vulgata, quae mendoſe admodum deſcripta erat, edidit MARQVARDVS HERRGOTT ſub finem tomi primi *Genealogiae diplomaticae Habsburgicae*. Cuius operis *prolegomeno tertio* pag. 23. et ſeqq. clariſſime docetur: eam antiquitatem, qualem voluit Peireſcius, his originibus tribuendam non eſſe, ſed eas ante medium ſaeculi XIII. ſcriptas non fuiſſe. Ne autem acta haec Murenſia integra, tanquam ab homine ſubleſtae fidei confecta, in dubium ac diſcrimen adduci poſſent, R. ac C. FRIDOLINVS KOPP, quondam monachus, ac poſtea celſiſſimus monaſterii Murenſis Princeps obſtitit,

Digitized by Google

tit, evulgatis *vindiciis actorum Murenſium* pro et contra R. D. P. Marquardum Herrgott, genealogiae diplomaticae Auguſtae gentis Habsburgicae auctorem, ſeu actis fundationis Murenſis monaſterii, tanquam eiusdem genealogiae fundamentis fidei ſuae aſſertis, ſolidisque rationibus et documentis *ſobrie* et *iuſte* vindicatis, Typis eiusdem Murenſis monaſterii anno 1750 in 4to. Diluuntur vero *parte* operis *prima* argumenta, a laudato P. Herrgott contra aetatem et authentiam actorum Murenſium propoſita, tantaeque fidei integritatisque eſſe oſtenduntur, ut deſuper genealogia Habsburgica tuto fundari poſſit. *Pars altera* demonſtrat virtutem, imo neceſſitatem actorum Murenſium, et tantam quidem, ut deſuper genealogia Habsburgica, etiam diplomatica, non modo poſſit, ſed debeat fundari. Hisce vindiciis demum clariſſimus auctor integra *acta Murenſia*, ad fidem ipſius autographi ſummo ſtudio exacta, et variis optimae frugis notulis et animadverſionibus illuſtrata, rurſus ſubiunxit. [Reſpondit doctiſſimo viro cl. P. RVSTENVS HEER,

Digitized by Google

HEER, eiusdem cum P. HERRGOTT Principalis abbatiae San-Blaſianae capitularis ac bibliothecarius, procuſo typis Friburgenſibus anno 1755. in 4to. *Anonymo Murenſi denudato et ad locum ſuum reſtituto.* Opus bipartitum eſt; pars prima primae, altera ſecundae vindiciarum parti opponitur, utraque ſimul triginta ſex comprehendit capita, in quibus non tantum pleraeque Herrgotti ſententiae acriter defenduntur, ſed plures aliae adſtruuntur, ſtilo tamen, quod dolendum, tam amaro, tamque inficeto, qui attenta celſiſſimi tum iam Principis Murenſis KOPPII et eminenti dignitate, et ſingulari, qua ille prius in vindiciis ſuis uſus eſt, moderatione, cuique probo lectori non poſſit non diſplicere. Itaque R. P. IOAN. BAPT. WIELAND monachus Murenſis, *vindicias vindiciarum Koppianarum*, ac proinde etiam actorum Murenſium adverſus Ruſtenum Heer adornavit, quibus adverſarii argumenta ſollicite et cum inſigni eruditionis laude diluuntur, vetusque auctoritas Murenſibus originibus denuo reſtituitur, ſtabiliturque. Typis datum eſt egregium hoc opus, poſt auctoris demum

Digitized by Google

mum mortem anno 1765. in 4to. — Coniungi cum his ſuo quodam modo meretur ANONYMI *Murus et antemurale, oder Muri und ſeine Vormauer, das iſt: eigentliche Beſchreibung des — Stiffts Mury, und deſſen Freyheiten* &c. qui liber typis Murenſibus an. 1720. in 4to. publici iuris factus eſt. Diſtribuitur autem in quattuor partes, quarum *prima* de fundatione monaſterii agit, inſerta Habsburgenſium genealogia a Guntramo *Divite*, ad Rudolphum I. variis documentis ſtabilita; *ſecunda* Caeſarum Regumque, et *tertia* Pontificum Romanorum epiſcoporumque privilegia, exemtiones, et immunitates, ex authenticis inſtrumentis deſumtas, exhibet; *quarta* denique elogia omnium abbatum, adnotationibus hiſtoricis diſtincta, complectitur.] Acta Murenſia, nonnullaque alia diplomata ſequutus eſt R. D. DOMINICVS TSCHVDI, Murenſis abbas, in: *Origine et genealogia — Comitum de Habsburg* — ex antiquis et authenticis coenobii Murenſis documentis, a Guntramo *Divite* usque ad Albertum Caeſarem, recta et nunquam interrupta linea, ſuccincte quidem ſed clare

Digitized by Google

demonſtrata; [qui libellus ibidem an. 1651. primum, ſecundum vero 1702. in 12mo. emiſſus fuit, recuſus poſtea ob ſuam in noſtris terris raritatem Vratislaviae curante CHRISTIANO de HELLWICH an. 1715. eadem forma, qui praefationem eruditam, plurimas easque diverſas auctorum opiniones de origine Habsburgica disquirentem praemiſit.]

THEODORVS GOTHOFREDVS, celeberrimi *Dionyſii* filius primogenitus, iis ſcriptoribus, qui Auſtriacos per lineam maſculinam Merovingicam deduxerunt, acriter ſe oppoſuit in libello, Pariſiis 1624. in 4to. vulgato, hac cum epigraphe: *La vraye origine de la Maiſon d' Autriche contre l' opinion de ceux, qui la font deſcendre en ligne des Roys de France de la Race Merovingienne*; atque Habsburgenſes e Comitibus de Thierſtein deſcendere contendit.

[IOAN. STABIVS Auſtrius, Maximiliano I. Imperat. a ſcribendis hiſtoriis, in arcam Noë adſcendere non erubuit. *Concluſiones* eiusdem *ſuper genealogia Domus Auſtriacae* cod. chart. MS. inter hiſt. prof. n. 211. bibliotheca Caeſarea cuſtodit.

Hic

Digitized by Google

Hic ſecundum Lambecium *comment. biblioth.* L. II. novam aliquam et antea inauditam Auſtriacae gentis originem confinxit, quae ipſi Maximiliano I. diſplicuit. Dedit hic tamen id negotii univerſitati Viennenſi, ut certos de facultate theologica viros deligeret, qui genealogiam Stabii a Noacho inchoatam diſquirerent, num quid veritatis eidem ſubeſſet? (*a*) Obſequuta eſt mandato

(*a*) [Quam ſtudioſus fuerit Maximilianus genealogiae ſuae eruendae, LAZIVS *genealogiae Auſtriacae* praefatione pag. 6. teſtatur ſequentibus: „ Maximilianus — *ſociis laboris* „ Ioanne Stabio, Iacobo Manlio, *et* Là„ dislao Sundheymio, *maiorum ſuorum tumu*„ *los, nomina ac propagationem diligentiſſime* „ *perquiſivit, eorumque ſeriem genealogiae brevis* „ *forma, arcubus illis triumphalibus inſeruit,* „ *quos ab honore vulgo* ERENPORTEN *nun*„ *cupavit, non ſine maximo ſumtu apud Norin*„ *bergam ſculptos atque impreſſos. Ea etſi per*„ *exigua exiſtat, et vix* XXIIII. *heroas com*„ *plectatur, tamen, ut tum erant tempora, et* „ *multa adhuc non ſolum in hoc genere, verum* „ *adeo etiam in aliis honeſtis diſciplinis latue*„ *rant, conatum egregium tanti Principis, con*„ *ſiliaque prope divina demonſtrat.* „ Edita haec

Caeſaris facultas theologica, et per deſignatos ad hunc laborem *Ioannem Trap*, et *Ioannem Camertem* Stabianam examini ſubiecit genealogiam, reſponſumque Maximiliano ſubmiſit, inſcriptum: *Continuata Procerum ſeries a Noë ad Sicambrum, per facultatem theologicam ſtudii Viennenſis.* Habetur illud inter codices MSS. bibliothecae Caeſareae n. 787.]

Sequutus Stabium fuit HIERONYMVS GEBVILERVS ſive GEBWEILER in *epitome Regii et vetuſtiſſimi ortus Caroli V. et Ferdinandi I. omniumque Archiducum Auſtriae*, et Comitum Habsburgicorum. Conſtat hoc opus libris ſex, editumque fuit primum Argentorati 1527. in 4to. auctius vero Hagenoae 1530. in 4to. et Lo-

haec eſt *Porta honoris* Norimbergae 1515. in fol. et poſtea WILIBALDI PIRCKHAIMERI operibus, Francofurti an. 1610. in fol. vulgatis, inſerta. Deſcripſerat etiam IOAN. CVSPINIANVS arborem *genealogicam* Caeſarum Auſtriacorum, quam tamen ipſe rurſus videtur ſuppreſſiſſe. Nam dum de arbore per *Stabium* facta, in Caeſaribus ſuis pag. 538. mentionem iniicit, addit: „ *Et nos quondam ſcripſeramus, ab eo praeven-* „ *ti.* &c. „]

Digitized by Google

Lovanii 1650. in 8vo. itemque in germanicum ſermonem translatum Argentorati et Hagenoae 1527. in 4to. hac cum inſcriptione: *Kaiſerlicher und Hiſpaniſcher Maj. und aller Erz- und Herzogen von Oeſterreich und Grafen von Habspurg alt königlich Herkommen.* Orditur quoque Gebvilerus ſtemma Auſtriacum a Noacho, et fabulas quam plurimas immiſcet.

FRANCISCVS SISTO Neapolitanus, ex ordine Carmelitarum, adhuc ulterius progreſſus, glorioſiſſimae *proſapiae Auſtriacae genealogiam*, ab Adamo ad Philippum II. Hiſpaniae Regem productam, vulgavit Neapoli 1573 in 4to. teſtante NICOLAO TOPPO in *bibliotheca Neapolitana* pag. 75.

[CASPARIS SCIOPPII *genealogia Auguſtae familiae Comnenae*, ex qua per ſequiorem ſexum oriundos facit Archiduces Auſtriae, Ferdinando II. Aug. in comitiis Ratisbonenſibus oblata fuit; hodieque adſervatur in bibliotheca Caeſarea, hiſt. prof. cod. MS. 677.]

Eruditis maiorem in modum probatur HIERONYMI VIGNIERII *la veritable origine des trés illuſtres Maiſons*

Digitized by Google

d' Alsace, de Lorraine, d' Autriche, de Bade, et de quantité d' autres, avec les tables genealogiques des descentes des dites Maisons et des Branches, qui en sont sorties depuis l'an de l. Ch. six cents, jusques à present. Le tout verifié par titres, chartes, monuments, et histoires authentiques, à Paris. 1648. in 8vo. et 1649. in fol. [Liber hic, in quo Austriaci ab Erchenvaldo palatii Francici Maiore descendere dicuntur, olim erat rarissimus; sed postquam a IOAN. IAC. CHIFFLETIO in latinam linguam translatus atque adnotationibus illustratus est, et Antwerpiae 1650. in fol. prodiit *Stemmatis Austriaci* nomine, facilius reperitur. In eumdem VIGNIERIVM *adnotationes*, et *correctiones* reliquit PETRVS HOZIERIVS, sed eaedem ineditae adhuc sunt. Exemplari abbatiae Gengenbacensis usum se fuisse fatetur HERRGOTT *Genealogiae diplomaticae* prolegom. octavo. *Vignierii* sententiam sequitur cl. PHIL. IACOBVS SPENER in egregia *syllogé genealogico-historica* praecipuarum familiarum, quibus suos Principes Germania debet, Francof. 1677. in 8vo.

Se-

Digitized by Google

Sedulo quoque genealogiam Habsburgicam inveſtigavit BERNARDVS PEZIVS, qui *de etymo nominis Habsburgici et origine Domus Habsburgico-Auſtriacae*, ad Com. de Sinzendorf epiſtolam dedit, Viennaeque vulgavit an. 1731. in 4to. qua eam familiam ab *Otperto* viro nobili in Brisgaugia, anno 605. florente, deduxit. Origines has reperit in *S. Trutperti actis*, quae ex codice Zwifaltenſi produxit, epiſtolaeque ad *Marcum Hanſizium* datae, cuius P. I. L. II. C. II. §. VI. pag. 187 meminimus, inſeruit. Verum cl. MARQVARDVS HERRGOTT *Genealogiae* ſuae prolegom. ſecundo, tantam fidem, quantam viri quidam eruditi tribuerunt, haec acta minime mereri contendit. Addidit tamen illa ſub finem tomi I. ſed ſinceriora ex codice San-Gallenſi, ſaec. VIIII. exarato, et recentiori Baſileenſi altero; atque cum editione Peziana ex codice depravato Zwifaltenſi deſumta, ſtudioſe contulit, ectypa quoque ſcripturae utriusque codicis aeri inciſa inſerenda curavit. Poſt hos omnes eadem *S. Trudperti acta*, in pluribus tamen locis, a reliquis iam evulgatis diverſa, ex co-

Digitized by Google

dice bibliothecae academicae Argentoratenſis in publicam lucem protulit IOAN. MICHAEL LORENTZ, eruditaque praefatione et animadverſionibus criticis adiectis, typis dedit Argentorati 1777. in 4to. Inſignes quidam hac nova, eaque genuina, quod editor contendit, actorum Trudpertinorum publicatione errores, in quos cl. MARQVARDVM HERRGOTT Sangallenſis monaſterii codex induxerat, tam quoad aetatem, quam genus progenitorum domus Auſtriacae emendari poſſunt.]

Praeter hos alii adhuc exſtant genealogiae Auſtriacorum Principum ſcriptores. Sic habemus IOANNIS HARRIS *arboretum genealogicum* omnium Principum a *Rudolpho I.* Aug. deſcendentium, in quo et Hiſpanicorum Regum ab Auſtriacis progenitorum ſtemma exhibetur. Prodiit Coloniae 1638. in fol. — Aliud ANONYMI *arboretum genealogicum*, exhibens omnes fere Imperii Principes, et Europae hodie Reges linea recta a Rudolpho I. deſcendentes, Pragae 1681. in fol. publica luce donatum eſt, — Alia ANONYMI

Digitized by Google

MI tabula genealogica a Rudolpho I. ad Ferdinandum II. Aug. Pragae 1629. typis commiſſa, *Piespordium* ſtricto pede ſequitur. — *Origo Ducum Auſtriae* nunc temporis exiſtentium, MS. codex eſt bibliothecae Baſileenſis Academiae, et incipit ab electione Rudolphi I. Aug. finiturque in Maximiliano I. IOANNIS RAINARDI MAXII *typus gloriae Auſtriacae*, a Rudolpho I. ad Leopoldum I. per glorioſiſſimos ex eadem Auguſtae Domus ſtirpe Principes derivatae, excuſus eſt Francofurti 1658. in 4to. — HVGONIS BLOTTII, bibliothecae Caeſareae olim praefecti, *genealogia Auſtriaca*, a Friderico III. Auguſto ad ſua usque tempora, admodum accurata eſt, adſcriptis ſemper die, menſe, anno, locoque nativitatis et mortis &c. complectitur autem ſobolem Friderici III. Maximiliani I. Philippi Pulchri, Caroli V. Ferdinandi I. Maximiliani II. Ferdinandi Tirolenſis, et Caroli Styrenſis. Habetur hoc opus inter MSS. cod. bibliothecae Caeſareae hiſt. prof. n. 1030. — [ABRAHAMI HOSSMANNI Luſatii Laubanenſis, *genealogia Auſtriaca, das iſt:*

Digitized by Google

Natürliche Geburtslinea der Gefürſten Graffen zu Habſpurg, von welchen — die Ertzhertzoge zu Oeſterreich — herkommen, — darbey — aller — derſelben — Vorgeber Namen angedeutet werden: Item zu welcher Zit ſie gelebet, was ſie fühe Ehegemählen gehabet, wie viel — Leibes früchte — vnd von ihren ſeligſten Abſchiede — Budiſſin 1608. in 4to. lucem vidit, Lipſiae 1612. in 4to. et 1614. in fol recuſa. Rarior quidem noſtra aetate hic libellus eſt, non multa tamen continet ſingularia, et alibi haud facile reperienda. —] WOLFGANGI KILIANI, iconographi Auguſtani, ſereniſſimorum *Auſtriae Ducum*, Archiducum, Regum, Imperatorum *genealogia*, a Rudolpho I. Habsburgenſi ad Ferdinandum II. Aug. aeri nitidiſſime inciſa, et deſcriptione brevi vitarum, cuius ELIAS EHINGERVS auctor eſt, exornata, Auguſtae Vindelic. anno 1623. in fol. edita eſt. — Idem liber vernacula lingua evulgatus eſt, hoc titulo: *Contrafactur des allerdurchleuchtigſten Hauſes Oeſterreich, von Rudolpho II. bis auf Ferdinandum II. Augſpurg.* 1629. in fol. — Quam germanico ſermone habemus *genealogiam oder Stammbuch des hochlöblichen Hauſes Oeſterreich*

Digitized by Google

reich, *Neuſtadt*. 1596. in 4to. inferioris ordinis eſt. — IOAN. RASSII *geneſis Auſtriaca*, ſeu genealogia ſereniſſimorum Archiducum Auſtriae deducta ex vetuſtiſſima illuſtrium Comitum Habsburgenſium proſapia, a doctiſſimis poëtis Ioanne Pintiano, Vlrico Hutteno et Ioann. Engerdo carmine conſcripta et in eorum Principum honorem congeſta, ſine loco et anno primum, tum et Conſtantiae 1594. in 4to. evulgata fuit. — CASPARIS ENS fama Auſtriaca, *von der Böhmiſchen Vnrube, und Stammregiſter des Hauſes Oeſterreich*, Coloniae 1627 in 4to. procuſa ſuit. — OCTAVIVS de STRADA *in genealogia Domus Habsburgenſis*, Francof. 1615 in fol. typis data, non ſolum Ducum et Archiducum Auſtriae genealogiam, ſed etiam numiſmata Imperatorum eiusdem familiae explicat. — [Alia eiusdem *genealogia* Domus *Auſtriacae* a Comitibus Aldeburgi, *Sigoberto* ſcilicet primo Comite, an. Chriſti 810. deducta, usque ad Rudolphum II. Imp. nullo quidem documento roborata, unico conſtat folio expanſo, quod adglutinatum eſt codici MS. Caeſar. biblioth. n. 586. —] ANONYMI *tabulae*

ge-

Digitized by Google

genealogicae ſphaericae, quibus Auſtriacorum Caeſarum a Rudolpho I. ad Ferdinandum II. vita et res geſtae, uxores, proles, earumque dies nativitatis et mortis brevi, ſed non ineleganti conſpectu exhibentur, exſtant inter codices MSS. biblioth. Caeſar. hiſtor. prof. n. 676. — [ANONYMI *genealogia Ducum Auſtriae* a D. Rudolpho I. ad Fridericum, Leopoldi Glorioſi, ab Helvetis in pugna Sempacenſi interfecti, filium; codex membranaceus eſt, et in bibliotheca Auguſta Vindobonenſi inter hiſtor. prof. n. 71 adſervatur.] — MATTHAEI SEVTTERI *Stammbaum des durchlauchtigſten Erzhauſes Oeſterreich*, prodiit Auguſtae Vindel. foliis octo maioris formae, et non niſi vulgaria exhibet. — [Rariſſima eſt tabula genealogica familiae Auſtriacae a Rudolpho I. ad Maximiliani II. liberos, quam SIGISMVNDVS L. B. ab HERBERSTEIN Viennae in fol. publici iuris fecit hoc titulo: *Die Wurtzen, daraus Carl vnd Ferdinand, die Römiſch Khaiſer vnd Khünig mit jren Khindern glückſäligelichen erwachſen* &c. — LEONARDI WVRFBAIN genealogia Auſtria-

ſtriaca, ſeu ut ipſa fert inſcriptio: *Summariſcher Bericht, und Anzeig deren, wegen des hochlöbl. Haus Habsburg gefertigten allgemeinen Stammtafel* &c. codex chartaceus eſt bibliothecae Caeſareae, hiſtor. prof. n. 395, et in eo ſolum verſatur, ut genealogiam a Rudolpho I. ad Ferdinandum II. alioqui decantatam, oſtendat. In eius vero *Relationibus hiſtoricis* Norimbergae 1636 in fol. editis, invenitur: *Demonſtratio genealogica, welcher maſſen von Carolo M. gewſenen König in Frankreich* 42, *dann von Rudolpho I. Habsburgenſi* 14. *Römiſche Kaiſer; und endlich von jetzt gedachten Rudolpho I. alle und jede zu gegenwärtiger Zeit regierende Chriſtliche Europäiſche Kaiſer, König, Chur- und Fürſten des Reichs in gerader auf und reſpective abſteigender Linea, und alſo titulo parentum et liberorum zuſammengebracht werden können.* Verum haec demonſtratio plurimis in locis infirmo nititur fundamento. — Meminit quoque P. XYST. SCHIER in collectan. ſuis MSS. antiquiſſimae cuiusdam *arboris genealogicae*, ab Alberto I. Comite ab Habsburg usque ad Maximiliani I. proles, deductae, quae ſub annum 1475. confecta, et cum addita

Digitized by Google

dita explanatione germanica, Baſileae in fol. excuſa fuit. — His adhuc ſubiungo rarius noſtris in terris opus, quod D. RODRIQVEZ MENDOZA SILVA edidit Madriti 1656 in 4to. inſcriptum *Catalogo real y genealogico d' Eſpanna; aſcendencias y deſcendencias de catolicos Principes y Monarcas ſupremos*; in quo ea, quae ad Hiſpanicam Auſtriacorum Principum lineam pertinent, ſollicite exhibentur. — Iam vero ab his non contemnendis quidem, inferioris tamen ordinis ſcriptoribus ad celebriores rurſus, qui ſuperſunt adhuc, tranſeamus.]

Ac primo quidem loco excitemus IOANNEM LVDOV. SCHOENLEBEN, qui Labaci an. 1681. in fol. typis dedit *diſſertationem polemicam de prima origine Aug. Domus Habsburgo-Auſtriacae*, in cuius parte *prima* viginti diverſae opiniones auctorum ventilantur, et vera origo a Carolo M. eiusque maioribus oſtenditur; parte *ſecunda* vero decem praerogativae Auguſtae Domus prae ceteris Europae Principibus proponuntur. Huc pertinet eiusdem *arboretum Auſtriacum*, ſive plena Auguſtae Domus Habsburgicae ab anno

Digitized by Google

no Chriſti 600. ad ſua usque auctoris tempora deducta genealogia, cum treentis, et quod excurrit, ſymbolis, in aes incidendis, ſi hoc, quod adhuc ineditum ſupereſt manuſcriptum, publici aliquando iuris fieret.

Hunc multis titulis ſuperat cl. IOAN. GEORG. ECCARDVS, qui *origines familiae Habsburgo-Auſtriacae* multo et exquiſito ſtudio inveſtigavit, et ex monumentis veteribus, ſcriptoribus coaetaneis, diplomatibus, chartisque, continua ſerie ab origine prima ad Rudolphum primum Imp. usque demonſtravit. In lucem datum eſt hoc opus Lipſiae 1721. in fol. atque ab erudito orbe magno plauſu exceptum. Repetit vero auctor ortum Habsburgicorum a *Leuthario I.* Alemanniae Duce, qui anno 554. obiiſſe dicitur. [*Probationes* ſub finem libri ſecundi adiectae ſunt integrae, inter quas, uti paulo ante monuimus, celeberrimae quoque illae *origines Murenſes* reperiuntur. Denique IO. HERM. SCHMINCKII *diſſertatio* hiſtorico-genealogica, in qua disquiritur: *num Adalricus ſive Athicus Dux Alſa-*

Digitized by Google

ſatiae Leudeſii Maioris domus fuerit filius? ſubiuncta eſt vel propterea, quod cum Eccardiana ſententia concordare videatur.

Iam ad primum in genealogia Auſtriaca virum, atque inter ceteros, quos hucusque enumeravimus, velut inter ignes Luna minores, eminentem cl. MARQVARDVM HERRGOTT, ordinis S. Benedicti congregationis S. Blaſii capitularem, ceu materiae huius terminum accedimus.] Scripſit is inſignioribus domeſticis ſubſidiis ſuffultus *genealogiam diplomaticam Auguſtae gentis Habsburgicae*, qua continentur vera illius exordia, antiquitates, propagationes, poſſeſſiones et praerogativae chartis ac diplomatibus maxima parte adhuc ineditis, aſſerta, [Excuſum eſt hoc immortale opus Viennae 1737 volum. tribus in fol. regali. Dividitur autem illud in *tomos duos*, quorum *prior* libris *ſex* abſolvitur, quibus praemittuntur *prolegomena* ſeu diſſertationes praeliminares octo. His accedunt tabulae aeri inciſae num. XXII. quibus continentur icones pagorum et comitatuum veteris Alemanniae, atque Burgundiae Trans-Iuranae, qui

Digitized by Google

qui Auguſtae genti parebant: ſitus et facies caſtrorum, nec non oppidorum, in quibus Habsburgi Comites ſuas fixerunt ſedes; ectypa item ſigillorum Habsburgenſium bene multa, cum aliis ſigillis et monumentis quarumdam familiarum, Habsburgicae genti ſanguine vel affinitate iunctarum.

Tomus *ſecundus* codicem *probationum* exhibet, in *duo* volumina diſtributum, qui Pontificum Rom. bullas, Imperatorum Regumque diplomata, Epiſcoporum, Ducum, ac Comitum chartas, aliaque plurima monumenta authentica num. 954. complectitur, hiſtoricis criticisque adnotationibus illuſtrata.] Stemma ſuum auctor ad Ethiconem I. vel Adelricum, Ducem Alemanniae, ſaeculumque VII. per ſola diplomata et publica probat documenta: cumque deinde eius generis probationes ipſum defecerint, ſupra laudatum Ethiconem aſcendere noluit. Quamvis autem hoc opus, princeps ceterarum Auſtriacarum genealogiarum, ſemper iureque merito habitum ſit: tamen per epiſtolam quamdam, ſatyrico ſtilo conceptam, la-

Digitized by Google

ceſſitum fuit. Epiſtolae haec eſt inſcriptio: *Kurze Excerpta aus einem Schreiben eines Schweitzeriſchen Gelehrten an ſeinen Freund in Ober-Sachſen, von des Herrn P. Herrgott, Groſs-Kellers zu St. Blaſien prächtig und koſtbahren genealogia diplomatica Auguſtiſſimae Domus Auſtriacae.* Edita illa fuit prelo ignoto, ſuppreſſoque auctoris nomine 1744. in 4to. At verò nullibi ſatyricus hic cenſor aſſenſum, et boni viri laudem tulit. Contra ea auctor noſter tantam auctoritatem fidemque conſequutus eſt, ut doctiſſimi quique viri eius ſententiam tutiſſimam eſſe palam et ubique confiteantur. Operae pretium itaque eſſe videtur, nobiliſſimum eruditorum Galliae iudicium quod in *Memoires pour l' hiſtoire de ſciences et des beaux arts*; Iuillet 1740, pag. 1427. et ſeqq. legitur de hoc ſummo viro, in medium proferre: „ *De tous ceux, qui* „ *avant le Pere* Herrgott *ont travaillè à* „ *eclaircis l' origine et la genealogie de l' Au-* „ *guſte Maiſon d' Habsbourg, perſonne jusqu'* „ *à preſent ne l' avoit fait avec plus de* „ *Succès, que* François Guillemann, *et* „ *recemment* M. Eccard. *Les premiers qui*

l'

„ *l' ont entrepris; deſtituès des Succours ne-*
„ *ceſſaires, et n' ayant point aſſez conſulté*
„ *l' hiſtoire du pays, n' ont ſouvent donné,*
„ *que des chimeres, où pour prêter a cette*
„ *illuſtre Maiſon un éclat etranger, dont elle*
„ *n' a pas beſoin, faute trop ordinaire aux*
„ *genealogiſtes. Ils en ont cherché la ſource*
„ *dans les tenebres fabuleuſes de l' antiquité*
„ *la plus reculée,* Guillimann, *qui l' a fait*
„ *deſcendre de pretendu Comte de Windiſch*
„ (*Vindoniſſa*) *où d' Altenbourg, batiſſant ſur*
„ *un fondement ruineux, n' a pû rien etablir*
„ *de ſolide. Pour* Monſ. Eccard, *on luy*
„ *reproche; de s' en être trop rapporté aux*
„ *hiſtoriens etrangers, de les avoir preferés*
„ *ſans raiſon; à de très bons monuments, qui*
„ *l' auroient conduit, plus ſurement. Le*
„ *Pere* Herrgott *a donc crû devoir ſuivre*
„ *une route differente, et s' attacher par*
„ *préference a cette ſorte des monumens. Mais*
„ *il uſe avec diſcernement le flambeau de la*
„ *Critique a la main, et il n' a pas trouvé*
„ *dans ceux, que raſſemble* M. Eccard *a*
„ *la fin de ſes origines, toute la ſolidité, et*
„ *la correction, qu'on y auroit deſirées.*
„ *La nouvelle genealogie, qu'il donne, eſt*
„ *veritablement diplomatique, c' eſt a dire,*

 „ *fondée*

Digitized by Google

„ *fondée principalement ſur des titres authen-*
„ *tiques, ſur des chartes, ſur des diplomes,*
„ *qu'il ne fait point de difficulté, de mettre fort*
„ *au deſſus des hiſtoriens, memes contempo-*
„ *rains et nationeaux.* „ *&c.* Haec illi.

[Recenſitis iam plerisque omnibus genealogiae Principum Auſtriae ſcriptoribus, non alienum videtur eorum quoque vel in transcurſu mentionem facere, qui de *cognationibus* et *affinitatibus* Auguſtae gentis Habsburgicae lucubrationes quasdam ad poſteros transmiſerunt.] Sic Lambecio indice in bibliotheca Caeſarea manu exaratus habetur *catalogus cognatorum et affinium Imperatoris Maximiliani I.* ſecundum gradus cognationis et affinitatis. — Praeterea ibidem alius codex MS. hiſt. prof. n. 14 reperitur, quo continetur HIERON. FABRIANI L. B. de Bekett *nexus multiplex inter Aug. Domum Auſtriacam, et ſeren. Mantuae et Montisferrati Duces, variis tabulis luculentiſſime demonſtratus, et Auguſt. Imperatrici Eleonorae huius nominis III. perpetuae devotionis ergo humillime dicatus, Viennae ipſo Aug. Ferdinandi III. natali die XIII. Iulii*

Digitized by Google

lii anno MDCLI. Diviſum eſt hoc opus in *partes duas*, quarum *prima* continet XIII ſtemmata exhibentia originem Ferdinandi III, et Eleonorae III. Aug. Ducum Mantuae et Montisferrati, ab Imperatoribus Auſtriacis, Bavarisque Occidentis, et Comnenis Angelis ac Palaeologis Orientis: *ſecunda* exhibet VII. ſtemmata poſteritatis univerſae tam ex filiis quam ex filiabus Ferdinandi I. Imp. quindecim liberorum parentis. — Adfinis fere quadam parte argumenti eſt LEONARDI WVRFBAIN *genealogiſche Verzeichnuſs, was die zu gegenwärtiger Zeit regierende Kaiſerl. Mayeſt. Ferdinandus III. wie auch deroſelben titulo agnationis nächſte Verwandte ſeyn Nürnberg* 1645. in fol. — In memoriam coniugii Ioſephi I. Caeſaris prodiit lectu dignus HENRICI MEIBOMII *commentarius* hiſtoricus de affinitatibus domus Auſtriaco-Luneburgicae; Helmſtadii 1699. in 4to. — Don LVDOVICVS de SALAZAR et CASTRO occaſione ſecundarum nuptiarum Caroli II. Hiſpaniarum Regis, cum Maria Anna Palatina, edidit: *Reflexion hiſtorica ſobra los caſamientos de las Caſas de Auſtria*

Digitized by Google

y *Baviera*, Madriti 1689. in fol. quo in libro ſtemma Auſtriacum Hiſpanum Regium, Palatinumque Rheni et Bavaricum erudite recenſetur. — Dignus publico eruditorum plauſu labor eſt: GODEFRIDI PHILIPPI SPANAGELII, bibliothecae Caeſareae cuſtodis, *bipartita commentatio in tabulam hieroglyphicam et geneographicam Domus Auſtriacae et Lotharingicae* aeri inciſam, unacum ſex priſcae conſanguinitatis renovationibus, per totidem inter utriusque lineae ſponſos ſponſasque ſancita matrimonia. Opuſculum iam inde a nuptiis ſereniſſimae Archiducis Auſtriae Infantisque Hiſpaniarum *Mariae Thereſiae*, cum ſeren. *Franciſco Stephano*, Lotharingiae Duce, magno Duce Hetruriae, die 12 Feb. an. 1736 Vindobonae celebratis, elucubratum: nunc vero demum aliquot acceſſionibus auctum et typis editum, occaſione feliciſſimi ſereniſſimae Archiducis Infantisque Hiſpaniae *Mariae Annae*, cum ſeren. *Carolo Alexandro*, Lotharingiae Principe et Duce, coniugii initi die 7. Ianuarii an. 1744. in 4to. Longior iſte titulus argumentum totius opuſculi clare

Digitized by Google

re explicat. In gallicam porro linguam converſum, hac cum epigraphe: *Raiſonnement ſur la planche hieroglyphique et genealogique, repreſentant les deux branches des Maiſons d' Autriche et de Lorraine*: eodem quoque anno in 4to. publicam lucem vidit. — Aliud praeterea doctiſſimi huius viri opus ineditum adhuc cuſtoditur in bibliotheca Caeſarea, volum. tribus in fol. conſtans, *quo notationes in genealogiam Habsburgenſem, et Lotharingicam*, optimae omnino frugis, continentur. — Auſpicatiſſimi huius connubii occaſione, cl. IOANNES DANIEL ab OLENSCHLAGER, inſigni meritaque cum laude eruditionis hiſtoricae elucubravit: *Vnterſuchung des wahren Vrſprungs Herzogs Athici, von dem Maior Domus Erchinvaldo, wie auch der wahrſcheinlichen Abkunft Kaiſers Berengarii I. und der Saliſchen Kaiſer aus dem alten Elſaſsiſchen Hauſe.* Quod opuſculum poſtea Francofurti 1747. in 4to. typis datum fuit. — [Pro eadem materia dilucidanda commodum ſerviet: P. ANTONII FORSTNER *ſynopſis hiſtorico-genealogica Regiae Domus Lotharingicae.* Pars I.

Digitized by Google

Graecii 1747. et pars II. Viennae 1748. in 8vo. emiſſa eſt, ſingulorum Lotharingiae Ducum imaginibus ornata. Praemittitur autem volumini priori diſſertatio de origine Domus Lotharingorum, eiusdemque nexu cum familia Habsburgo-Auſtriaca. — Praeripit tamen his omnibus palmam excellent. Com. RVDOLPHI CORONINI *Specimen genealogico-progenealogicum* ad illuſtrandam Auguſtam Habsburgo-Lotharingicam proſapiam, Venetiis primum an. 1770. editum, poſtea vero novis genealogicis ac hiſtoricis acceſſionibus locupletatum, et ad noſtram usque aetatem continuatum, ſtudium operamque conferente R.D. FRAN. CAROLO PALMA. Vien. 1775 in 4to. — Denique legi etiam meretur doctiſſimi abbatis CLAVDII CACCIA eruditum et ſollicita cura elaboratum opus, quod Cremonae anno 1778. in 4to. prodiit hoc titulo: *Compendio genealogico - ſtorico delle Auguſte Caſe d' Auſtria e di Loreno.*] — GEORGIVS CASPARVS KIRCHMAYERVS Auſtriacum ſtemma cum Brande-

Digitized by Google

deburgico-Hohenzolleriano coniungit in diſſertatione de *originibus Habsburgico-Auſtriaco-et Hohenzolleriano-Brandenburgicis*, edita Wittembergae 1677. et 1680. in 4to. Explicavit enimvero origines Auſtriacae et Brandenburgicae genti communes, quo utramque ad foedus ineundum incitaret. — Lectu non indignus eſt ANONYMI Itali liber, Venetiis 1564. in 4to procuſus hoc titulo: *Prencipi di caſa d' Auſtria, progenitori della ſereniſſima Principeſſa di Fiorenza, e di Sienna.* — [In ſplendido ac ſumtuoſo illo, ſeptem volum. in fol. ab anno 1707. ad 1720. Amſtelodami edito, pulcherrimisque tabulis tam geographicis quam hiſtoricis ornato opere, quod inſcribitur: *Atlas hiſtorique, ou nouvelle introduction à l' Hiſtoire, à la Chronologie, et à la Geographie ancienne, et moderne; repreſentée dans de nouvelles cartes, &c. par M. C. *** avec des diſſertations ſur l' Hiſtoire de chaque etat, par* M. GVEVDEVILLE, tomo II. et VII. tabulae aliquot habentur genealogicae, in quibus non ſolum ipſius gentis Babenbergicae aeque ac Habsburgicae ſtemma clare exhibetur, ve-

Digitized by Google

rum etiam Auſtriacae Domus affinitas et conſanguinitas cum ceteris Europae Regibus et Principibus iuſto ordine ante oculos ponitur; quamquam diffitendum non ſit, leviores nonnullos errores, ſed facili negotio emendandos, in has tabulas irrepſiſſe.]

Digitized by Google

LIBER TERTIVS.

SCRIPTORES HISTORICI AVGVSTAE DOMVS AVSTRIACAE GENERALES.

CAPVT I.

SCRIPTORES HISTORICI GENTIS BABENBERGICAE ET HABSBVRGICAE GENERATIM.

Principe loco ſtatuere libet THOMAE EBENDORFFERI de HASELBACH *chronicon Auſtriacum*, [quod HIERON. PEZIVS S. R. A. tomo II. inſeruit, uti ſupra L. I. C.

Digitized by Google

C. I. huius partis monuimus. Diviſum illud eſt in *libros quinque*, quorum *primo*, anilibus potiſſimum fabellis conſperſo, origines veterum Auſtriae incolarum ab ultimis ante Chriſti nativitatem temporibus inquiruntur; *ſecundo*, qui ad tempora Rudolphi I. Habsburgici protenditur, res geſtae Principum Auſtriae ex gente Babenbergica exponuntur; *tertio* duobusque ſequentibus, hiſtoria familiae Habsburgicae usque ad annum aerae chriſtianae 1463. enarratur. Auctor hic in enarrandis iis rebus, quae ipſius memoria atque aetate contigerunt, ſincerus, accuratus, et copioſus eſt, (*a*) in eo tamen minime laudandus, quod libro quarto, immemor ſuae profeſſionis et honeſtatis, in Fridericum III. Aug. indigne invehatur.]

IOANNES CVSPINIANVS vulgo *Spieshammer*, quod nomen a patria ſua *Spiesheim*, Franconiae pago, adſcivit, in-

(*a*) [Vberiorem de Haſelbachio notitiam ſuppeditat HIER. PEZIVS laudato loco, obſervatione praevia, itemque FRANCISC. a KHAVTZ *Verſuch einer Geſchichte der Oeſterreichiſchen Gelehrten.* C. III. integro.]

Digitized by Google

inter alios labores hiſtoricos, conſcripſit etiam *Auſtriam, cum omnibus eiusdem Marchionibus, Ducibus, Archiducibus, ac rebus praeclare ad ſua usque tempora ab iisdem geſtis*, de quo opere, eiusque editionibus iam aliis in locis diſſeruimus. Conductus ad hunc librum conficiendum, inſtructusque fuit ſubſidiis neceſſariis a Maximiliano I. Aug. Patebant enim ei Caeſarea liberalitate et bibliothecae, et ſecretiora ſcrinia Principum Auſtriae, ex quibus multa ab aliis praetermiſſa, adcuratiſſime depromſit. De dicendi genere atque elegantia, quibus ea hiſtoria ornari illuſtrarique debuiſſet, non admodum ſollicitus fuit, arbitratus forſan, a ſe ingenuo lectori ſatisfactum iri, ſi quae ipſe veriſſima, ſua quidem ſententia, comperiſſet, eadem ſimplici oratione mandaret poſteritati.

FRANCISCI GVILLIMANNI *hiſtoria Auſtriaca*, inedita adhuc, duobus volum. in fol. adſervabatur, olim Oeniponte apud heredes Thanhauſerianos. Titulus operi ſequens praefixus eſt: *De Principum Habsburgi-Auſtriacorum vita, moribus, rebus geſtis, coniugiis, liberis, ac*

va-

Digitized by Google

variis dominiis adquisitis, opus absolutum, in duos tomos divisum, quorum primus a — FRANCIS. GVILLIMANNO — *inchoatus, et maiori ex parte summo studio et labore congestus, ipso vero praematura morte e vivis abrepto a* — IOAN. PAVLO WINDECKIO, *cui hoc in mandatis datum erat, multis in locis non sine exiguo, et vigilanti labore auctus, completus, in hanc formam redactus est anno N. C.* 1617. Incipit autem narratio *tomi I.* a primis Austriae Praefectis, Marchionibus et Ducibus; et desinit in Sigismundo Archiduce Austriae, Comite Tirolis, qui obiit 1496. *Tomo secundo* explicantur gesta Maximiliani I. Aug. et sequentium Principum Austriae ad annum usque 1617. sub finem denique adiunguntur nonnulli commentarii de genealogia Austriaca, et Domus istius iure in varias provincias.

[Praecipue quoque aestimandi sunt hic in parte doctissimi labores R. P. CHRYSOSTOMI HANTHALER, de sacro ordine suo, de monasterio Campililiensi, deque Austria optime meriti, dum *fastos Campililienses* publica dona-

Digitized by Google

naret luce, quos iam alibi, parte ſcilicet bibliothecae noſtrae tam prima quam hac ſecunda, locis ſuis recenſuimus.

ALBERTI L. B. de BONSTETTEN, Decani inſignis loci eremitarum, ſacri Lateranenſis palatii et Imperialis aulae Comitis Palatini, nec non Caeſaris Maximiliani I. capellani, *hiſtoria Auſtriaca*, ab ultimis gentis initiis usque ad Philippum Pulchrum, Maximiliani I. filium, circa annum 1491. ſcripta, exſtat in bibliotheca Caeſarea, codice MS. membran. inter hiſtor. latinos olim n. 191 nunc vero n. 699. Inſcribitur haec hiſtoria ab auctore, qui exeunte ſaeculo XV. vixerat, Carolo VIII. Galliarum Regi. Edendae vero illius ſpem fecerat tam *Lambecius* in promiſſo *ſyntagmate rerum Germanicarum*, quam *Neſſelius* in ſciagraphia *magni corporis hiſtorici*; ſed cl. *Gentilottus* in *commentariis* ſuis MSS. de bibliotheca Caeſarea, iure meritoque teſtatum facit: ab auctore multa, initio praeſertim, perquam fabuloſa narrari; illaque pauca, quae vera referuntur, ex AENEAE SYLVII *hiſtoria Friderici III.* et *Bohemica* po-

Digitized by Google

potissimum descripta esse. Stilus quoque maximam partem barbarus omnino et incultus est. Verumtamen R. P. MARIANVS FIDLER hoc qualecunque ALBERTI de BONSTETTEN opus, cuius pretium lectores facile definient, ex apographi cuiusdam, anno 1527. scripti, exemplo minus emendato, a celeberrima Tirolensi canonia S. Augustini, *Nova Cella* vulgo *Neustift* dicta, ultro submisso, nihilosecius in lucem proferendum, et volumini quarto *Austriae Sacrae*, iam alias a nobis laudatae, pag. 91. et seqq. addendum putavit; maiorem profecto gratiam ab eruditis initurus, si exemplar saltem suum cum authentico Caesareae bibliothecae codice accurate contulisset. Cetera notandum, DOMINICVM ANT. GANDOLFVM in dissertatione historica *de CC. celeberrimis Augustiniani scriptoribus*, Romae. 1704. in 4to. edita, vehementer errasse, *Albertum* hunc Augustiniana toga obvolvendo; quum certum omnino sit: illum coenobii Benedictini B. V. M. in Eremo, vulgo *Einsiedel*,

siedel, monachum et Decanum seu Priorem fuisse. (*a*) — Subiicio his, ne forsan prorsus neglexisse videar, exile, paucorumque foliorum mendosum compendium universae historiae Austriacae, quod tumultuario opere, absque auctoris nomine Viennae 1774. in 4to. emissum est, splendido hoc ornatum titulo: *Das Durchlauchtigste Erzhaus Oesterreich nach seinem ganzen Umfange, universalhistorisch vorgestellt.* Emendatum illud pluribus, sed non omnibus, in locis, atque genealogia tam Babenbergica quam Habsburgica, neque vero etiam hac ab omnibus prorsus levioris momenti erroribus immuni, auctum, recudendum curavit FERDINANDVS a GEISSAV Viennae 1779. in 8vo. tali praefixa epigraphe: *Auszug aus der Oesterreichischen Geschichte sammt der Geschlechtsfolge der Beherrscher Oesterreichs,*

(*a*) [Vid. cl. MARQVARDVS HERRGOTT *genealog. diplomat. Habsburgicae* tomo I. prolegom. VIII. pag. 64. PET. LAMBECIVS *Commentar. biblioth. Caesar.* editionis KOLLARII, libro I. p. m. 519, et 589. et libro II. p. m. 8.]

Digitized by Google

reichs, Babenbergiſchen und Habsburgiſchen Stammens bis auf Marien Thereſien. — IOSEPHVS HAIM quoque huc referendus, qui *geſta* primorum *Ducum Styriae* atque adeo comparate etiam *Auſtriae* verſibus non invenuſtis decantavit. Pars prima ab Ottocaro I. ad Albertum II. anno 1730. pars altera ab Alberto II. ad Erneſtum Ferreum anno 1731. in 8vo. Graecii vulgata eſt.

Agmen hiſtoricorum generalium Domus Auſtriacae utriusque ſtirpis claudat (*a*) doctiſſimus MARQVARDVS HERRGOTT, iam ſaepius cum debito honoris praefamine a nobis commemoratus; cuius ſumtuoſiſſimum, noſtraque laude maius opus, *monumenta Domus Auguſtae* complectens, univerſis hiſtoriam Auſtriacam plenius pertracta-

re

(*a*) [Pertinent ad hanc claſſem ſcriptores quoque maximam partem illi omnes, quos ſupra hac parte libro I. C. I. et diverſis in locis capitis ſecundi recenſuimus, provinciarum Germaniae Auſtriacae hiſtoricos. Eo itaque lectorem compendii cauſſa revocatum volumus, ne eosdem hoc loco rurſus enumerare neceſſe ſit.]

Digitized by Google

re cupientibus, facem omnino praeferre debet. Totius nobilissimi et utilissimi operis conspectus sequens est: *Monumenta Aug. Domus Austriacae* in quinque (*a*) tomos divisa. *Tomus I. sigilla* vetera et *insignia* (*b*) cum antiqua, tum

(*a*) [Ita quidem se divisurum monumenta Austriaca promisit cl. HERRGOTT, in conspectu totius operis ad calcem praefationis tomi I: qua ratione tomum V. expleviſſent *Inscriptiones Augustae Domus Austriacae* ex templis, foris, palatiis, sepulchris, cryptis, signis aeneis, saxeis, aliisque monumentis, nec non scriptoribus fide dignis, ubivis fere gentium collectae. At vero, quum postea animadvertisset, inscriptiones eiusmodi neque a Pinacotheca, neque a Taphographia commode separari posse, a proposito suo destitit, et quattuor tomorum terminis monumenta universa circumscripsit. *Codex* tamen *epistolaris* RVDOLPHI I. Rom. Regis, qui eidem tomo quinto subiungi debuisset, seperatim an. 1772. in lucem emissus est, quemadmodum deinceps loco suo commemorabimus.

(*b*) Cl. CONST. FLOR. a KÄVZ, in historica loco posthac suo laudanda commentatione, *über den österreichischen Wappenschild*, diversam

ab

Digitized by Google

recentiora varii generis complectitur, quibus usi sunt Marchiones, Duces, Archiducesque Austriae, nunc primum ex tabulariis, aliisque idoneis locis erutа, typisque aeneis expressa, cum auctario diplomatum Austriacorum. Viennae 1750. fol. mai. Hoc tomo absoluto, in patriam revocatus auctor Friburgi Brisgoiae, adscito laboris socio et adiutore cl. RVSTENO HEER, bibliothecae ac numothecae San-Blasianae praefecto, anno 1752 eadem forma in lucem protulit *Numothecam Principum Austriae*, tanquam *tomum II.* monumentorum, cuius *pars I.* quae ex gazis aulae Caesareae potissimum instructa, et aliunde aucta, a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta, sub Babenbergicae stirpis Marchionibus, ad usque Habsburgicae gentis Principes, lineae Hispano-Austriacae, huiusque masculum ultimum Carolum II. Regem Hi-

ab HERRGOTTO sententiam, quoad Austriaca tam vetera, quam nova, utaiunt, *insignia* acriter tuetur, nonnullorumque errorum in hoc opere admissorum, doctissimum auctorem arguit.]

Digitized by Google

Hispaniae, numos cuiuscunque formae et metalli, praecipue tamen mnemonicos atque iconicos, qui vel horum iussu, vel eorum gratia ab aliis percussi vel fusi fuerunt, typis aeneis expressos, deducit. *Pars II.* vero ibidem 1753. fol. mai. edita exhibet Habsburgicae gentis Principum lineae Germano-Austriacae numos &c. typis aeneis expressos; ducendo initium a Ferdinando I. Rom Imp. et serie non interrupta progreditur ad Ferdinandum IIII. Regem Romanorum. *Tomus III.* in duas itidem partes digestus, et Friburgi pariter anno 1760. fol. mai. evulgatus, continet *Pinacothecam Principum Austriae*, in qua Marchionum, Ducum, Archiducumque Austriae, utriusque sexus simulacra, statuae, anaglypha, ceteraque sculpta, caelata, pictave monumenta, tabulis aeneis incisa proferuntur, et commentariis illustrantur. *Parte priore* habentur prolegomena, auctarium diplomatum, et tabulae CXIIII; *parte altera* vero commentarius, quo tabulae aeneae reliquae exponuntur. Exemplis porro huius Pinacothecae anno 1768. maximam partem incendio consumtis, et

Digitized by Google

auctoribus cl. MARQVARDO HERR-GOTT atque RVSTENO HEER interea vita functis, eamdem recognovit, preloque San-Blasiano commisit celsis. ac reverendiss. S. R. I. Princeps, congregationisque eiusdem abbas, MARTINVS GERBERTVS, anno 1773. in fol. mai. *Tomus IIII.* et ultimus, quem post utriusque, immortalis memoriae auctoris, beatam ἀναλυσιν idem doctissimus S. R. I. Princeps GERBERTVS restituit, novis accessionibus auxit, et ad haec usque tempora deduxit, *Taphographiam Principum Austriae* complectitur, in qua Marchionum, Ducum, Archiducumque Austriae, utriusque sexus, monumenta funerea omnis generis, pleraque typis aeneis expressa, proferuntur. *Pars prior* huius tomi commentarium continet, tabulas aeneas ac monumenta cetera explicantem, subjuncto necrologio Principum Austriae, quo illorum tempus nativitatis mortisque, nec non loca obitus et sepulturae, quoad licuit, indicantur. *Pars secunda* exhibet, praeter librum singu-

la-

Digitized by Google

larem (a) *de translatis Habsburgo-Austriacorum Principum*, eorumque coniugum *cadaveribus* ex Helvetia ad monasterium S. Blasii in silva nigra, ibique in crypta, recens constructa, condendis; librum ultimum, de urnis extorum, et cordium, auctarium diplomatum, ac tabulas, aere expressas CXVIII. Publici iuris factus est tomus iste ultimus litteris San-Blasianis anno 1772. in fol. mai. — Separari ab hac postrema parte non debet opusculum ibidem anno 1770. in fol. evulgatum, translationis istius sollemnia et historiam vernaculo sermone describens, hac cum epigraphe: *Feyerliche Ueberſetzung der Kaiſerlich-Königlich auch Herzoglich-Oeſterreichiſchen höchſten Leichen, aus ihren Grabſtätten*

(a) [Prodiit idem liber singularis, ineditorum monumentorum appendice auctus, quae ANONYMI ex ordine S. Francisci *chronicon Koenigsveldense*, originem et historiam Domus Habsburgicae, ad annum 1442. breviter enarrans, nec non documenta et *diplomata Austriaca* notatu haud indigna continet, curis secundis ex typographia San-Blasiana an. 1772. in 4to. c. figg.]

Digitized by Google

Basel, und Königsfelden in der Schweitz, nach dem fürstlichen Stift St. Blasien, auf dem Schwarzwald, den 14. Wintermonats 1770. c. figg. Auctor illius est FRANCIS. KREUTTER Benedictinus San-Blasianus.]

CAPVT II.

SCRIPTORES HISTORICI GENTIS BABENBERGICAE SIGILLATIM.

Praemittimus hic ceteris singularibus Babenbergicae gentis scriptoribus cl. HIERON. PEZII *dissertationem* prooemialem ordine *quintam*, tomo I. S. R. A. (de quibus supra L. I. C. I.) insertam, in qua de *primo Leopoldi Illustris* in Austriam *adventu* disceptatur. [Cum hac sociandum est cl. ERASMI FROELICH, qui tametsi nomen suum non praefixerit, tamen γνησιος omnino libelli auctor est, *tentamen* historicum *de Leopoldo illustri*, quo tempore Austriae Marchionatum ad-

adiviſſe cenſendus ſit? In hac brevi quidem ſed doctiſſima diſſertatione, Viennae anno 1754. in 4to. emiſſa, diſcuſſis aliorum hiſtoricorum ſententiis, verosimillime ſtatuitur: Leopoldum mox ab initio regiminis Ottonis III. Aug. et ante annum 985. Marchionatum Auſtriae adiviſſe. Clariſſimam autem lucem ſuccederent Auſtriacam hiſtoriam, Babenbergicorum aetate, ſcrutantibus: *Notulae anecdotae, e chronica illuſtris ſtirpis Babenbergicae, in Oſterrichia dominantis, quam vir reverendus* ALOLDVS de PEKLARN, *Adalberti Auſtriae Marchionis, ab anno* 1034. *ad* 1056. *capellanus, conſcripſit, ab* ORTILONE *monacho Campilienſi, ſub finem ſaeculi XII. excerptae, aliis deinde et propriis notulis adauctae, ſuoque libello de exordio Campililii praemiſſae?* quibus tandem verus Leopoldi Illuſtris parens et genuina coepti in Auſtria Babenbergici regiminis epocha, aliaque plura in hiſtoria patriae, hactenus incognita, feliciter retecta eſſe dicuntur, ſi illae, uti a cl. CHRYSOST. HANTHALER primum e tenebris in lucem protractae ſunt, apud aequos, nullaque praecepta animo opinione la-

borantes litterarios iudices, tantam fidem auctoritatemque consequutae fuissent, ut eas inoffenso pede sequi liceret. Invenit HANTHALERVS hunc ORTILONIS libellum, qui totus membrana constans, in forma, quam vocant, duodecima, pagellas numerat duas et quadraginta, in monasterio Cellensi Austriae, ordinis S Benedicti; eumque in fronte *fastorum* suorum *Campilienstium* se editurum constituit: attamen amicorum suorum, longioris morae impatientium, desideriis obsecundaturus, iam anno 1742. magnam illius partem, *notulas* videlicet *priores ex* ALOLDO *ab anno* 908. *usque* 1063. et *notulas posteriores* Fr. ORTILONIS *e variis primum, tandem et suas, ab anno* 1075. *usque* 1198. observationibus praeviis necessariis, notisque breviculis illustratas, Cremsii in 8vo. cum inscriptione mox prolata typis commisit: reliquam vero partem, libellum *de exordio Campilitii* continentem, interea hac editione omnino, (a) praeter-

(a) [Vid. *Göttingische Anzeigen von gelehrten Sachen.* 38. *Stük. des* 25. *März* 1780. pag. 314.]

Digitized by Google

termisit, et fastorum Campililiensium tomo primo reservavit; quemadmodum parte I. L. II. C. II. §. I. pag. 107. recte monui. Huic quippe totum ORTILONIS opusculum, notulas nempe tam priores ex Aloldo, quam Ortilonis posteriores, libellumque eius de exordio Campililii, non solum, secundum annorum ordinem distractum, suis conveniențibusque locis inseruit, verum etiam, ut contextu integro perpetuoque legi posset, ad voluminis illius calcem, serie non interrupta, ex codice, qui inter bibliothecae Campililiensis cimelia sollicite custoditur, unico manu exarato, fideliter exhibuit. At vero tot tamque varia adversus hunc scriptorem, quem maledicus iureconsultus quidam ipso HANTHALERO (a) teste, *Ortilonem de Lugenfeld* compellare non verebatur, inter eruditos exorta sunt dubia, ut HANTHALERVS, vir optimus, et ab omni iurgandi libidine alienus, *apologiam* illius scribere sit coactus. Constat autem haec *dialogis* novem criticis, inter Maniodarreum et Pritomerdium,

- tor-

(a) [Dial. apol. I, pag. 3.]

Digitized by Google

tomo eidem fastorum primo subiunctis, quibus errata historica, *Ortilio* obiecta, explicare, et argumenta fidem illius genuinam labefactantia dissolvere, doctissimus editor pro virili conatur. Eo enim res devenit, ut nonnulli, haudquaquam infirmis plane fundamentis nixi, et *Aloldum* et *Ortilonem* supposititios ex integro, aut minimum pluribus in locis interpolatos scriptores esse, palam contenderent; alii vero censores tantisper mitiores, iique in libraria antiqua et diplomataria notitia multum exercitati, gravibus momentis persuasi, asserrent: codicem saltem, qui Campililii exhibetur, nulla prorsus ratione ad eam aetatem referri posse, qua *Ortilio* vixisse dicitur, tamque minus, quod Hanthalerus arbitratur, autographum illius esse; sed potius a quoquam, posteritati fucum facere volente, scripturamque vetustiorem callide imitari conante, circa exitum saeculi XV. aut XVI. initium *Ortilonis* nomine confictum, et exaratum fuisse. Plura de hoc *Ortilone* rescire cupientes, praeter HANTHALERI

RI laudatos fastos, (a) remittimus ad cl. SIGISMVNDI CALLES *annalium Austriae* P. I. praefationem; et cl. FRAN. CHRISTOPHORI a SCHEIB, tacito nomine, vulgatam *Vindobonam Romanam*, seu potius ad subnexas huic geminas litteras (b) quibus vetus, quod aiunt, scutum Austriacum, quinque alaudis vulgo distinctum, studiose disquiritur, et haud levibus rationibus refutatur.]

In inclyto S. Crucis Austriae Coenobio exstat libellus, recentiore manu exaratus, nulloque auctoris nomine insignis, in quo brevis et succincta *veterum Austriae Marchionum et Ducum stirpis Babenbergensis historia*, cum nonnullis aliis continetur. Dictio quidem elegans est, verum multa ab auctore falsa veris, multa certa incertis permiscentur. Excerptum illius legitur in HIERON. PE-

(a) [Pag. 82. — 88. et 143 — 177.

(b) Sed et cl. KAVZIVS, qui in disquisitione historica, *des österreichischen Wappenschildes* alibi recensenda, Ortilonis *αὐθεντιαν* acriter defendit, propterea dignus omnino est, qui legatur.]

Digitized by Google

PEZII S. R. A. T. I. dissertat. prooemiali quinta, pag. 85.

Chronicon rhythmicum germanicum antiquum, ad an. 1146. definens, ad quod cl. CALLES *annal. Austr. tomo* I. saepe provocat, translatum nunc est ex bibliotheca Vniversitatis Viennensis ad Caesaream.

CONRADI I. de WIZENBERG, abbatis Mellicensis, breve *chronicon* veterum Austriae Marchionum et Ducum, [quod in membranis saeculo XII. elegánter exaratum, inter codices MSS. Mellicii adservatur, a WOLFGANGO LAZIO L. XII. *comment. de republica Romana* pag. 1093. et a MATTHAEO RADERO *Bavariae sanctae* vol. III. pag. 113. Leopoldo eius nominis sexto, dignitate vero secundo, Austriae Duci falso tribuitur. Publicavit illud, attamen non prorsus integrum et emendatum, primo ANSELMVS SCHRAMB *chronici Mellicensis* pag. 92. et seqq. deinde vero HIERON. PEZIVS ad fidem membranarum Mellicensium diligenter exactum, tomo I. S. R. A. pag. 290. recudendum curavit.]

ANO-

Digitized by Google

ANONYMI *Duces Australes a tempore Conradi ultimi de genere Karulorum, usque ad praesentes*, hoc est: Rudolphum I. Imperat. inserti sunt ab HIERON. PEZIO S. R. A. tomo I. pag. 684. Auctor huius chronici, qui Rudolphi I. aetate vixit, veterum Austriae Marchionum seriem ordinemque aliter, quam omnes fere reliqui scriptores Austriaci soleant, constituit.

Egregiae plane sunt *tabulae Claustro-Neoburgenses*: [*Der löblichen Fürsten und des Landss Oesterreich alt Harkomen und Regierung*, quarum praecipuus auctor (*a*) fuit LADISLAVS SVNTHAIM Ravenspurgo, Sueviae oppido, oriundus, dioeceseos Constantiensis presbyter, et postea ecclesiae Viennensis canonicus. Continent illae historiam Principum Austriae Babenbergicorum, a Leopoldo I. Illustri ad Fridericum II. Bellicosum. Sunt autem lingua germanica compositae, et manu in membranis eleganter, lit-

(*a*) [Nam in iisdem, Basileae typis vulgatis, ad calcem R. D. IACOBVS Praepositus Claustro-Neoburgensis memoratur, symbolam ad eas concinnandas contulisse.]

Digitized by Google

litteris formae mediocris exaratae, ligneisque octo tabulis (*a*) adglutinatae, ac nitidis Principum Austriacorum utriusque sexus picturis et imaginibus (*b*) pulcherrimis vividisque coloribus expressis, exornatae. Adservantur in celeberrima Claustro-Neoburgensi Canonia, cuius ex documentis potissimum conditae fuere.

(*a*) [Non HIERON. PEZIVS solum, verum et MARQVARDVS HERRGOTT, locis laudatis, omnesque reliqui horum auctoritati adquiescentes, vehementer errarunt, dum *septem* marginibus ligneis inclusas, istas Sundheimii tabulas scripserunt. Nam octo numero illas esse omnino, glutineque firmiter ligno adfixas, prorsus non est dubitandum.

(*b*) Miror vehementer cl. MARQVARDVM HERRGOTT, qui tamen propriis oculis has tabulas usurpavit, *Pinacotheca Principum Austriae* P. I. prolegom. a. adfirmare voluisse, eas adeo minutis, obscurisque picturis atque imagunculis ornatas esse, ut lynceo etiam quidquam eruere difficile sit: quum certe nihil venustius distinctiusque, pro saeculi illius more atque genio, in eius generis pictura desiderari posse videatur. Neque lynceis hic opus est oculis, sed tantum non plane caligantibus, et mediocriter clarescentis diei luce fruentibus.]

Digitized by Google

re: Confectae sunt illae circa annum 1491, quo ipso etiam anno Basileae in fol. typis excusae fuerunt. Atque ad huius editionis fidem HIERON. PEZIVS suam, S. R A. tom. I. pag. 1005 adornavit, maius sane beneficium eruditis praestiturus, si ad exemplar autographum ipsum, illam emendasset. Tametsi autem hae tabulae erroribus non paucis sint respersae, nihilominus multi gravis nominis historici illis liberaliter usi sunt.

Cum his tabulis Claustro-Neoburgensibus merito coniungimus *stemma tabularii* civici *Vindobonensis*, in membranaceo volumine multa industria pictum. Familiam illud Babenbergicam exhibet, a Leopoldo Glorioso, ad Gertrudem usque, Henrici Crudelis filiam. Doctissimus MARQVARDVS HERRGOTT illud *Pinacothecae* P. I. prolegomeno secundo descripsit, et aeri incidendum curavit.]

Non tanti quidem ponderis sunt, silentio tamen premi nequeunt auctores duo sequentes: ADAMI SCHARRER *Oesterreichische Marg-Graffen von Leopold dem Durchleuchtigen und Ersten,*

Digitized by Google

biss auff Heinrich, letzten Marggraffen und I. Hertzogen zu Oesterreich. Wien. 1670. in 8vo. In hoc libro, de vita et virtutibus Leopoldi Pii praecipue scripto, primorum quoque Austriae Marchionum, sanctique Leopoldi prolium res gestae, breviter ad documentorum Claustroneoburgensium fidem exactae narrantur. — [P. D. FERDIN. HAVCK ordinis cler. reg. S. Pauli, *Herrlichkeit Edler Freyer Francken*, *Wienn.* 1669. in 4to. quo opere caput vicesimum quartum de Marchionibus et Ducibus Austriae Babenbergicis tractat, sed non nisi vulgaria et obvia proponit.]

Quam SIGISM. CALLES penes se habuit, atque *Annalium Austriae* tomo secundo, pag. 330. et alibi passim laudat *historiam Babenbergensium Austriae Principum* MS. illa ubi locorum nunc lateat, ignoro. Fuit illa recentior quidem, sed documentis veteribus frequenter firmata, probataeque proinde fidei.

[Celebre inter historicos medii aevi nomen est IOANNIS ENNENKELII. Habemus illius *Fürstenbuch von Oesterreich und Steyer*; cuius duo maioris formae exem-

Digitized by Google

exemplaria MSS. in membrana, bibliotheca Caesarea histor. prof. n. 915. et 916. conservat, quibus Megiserus in adornanda editione sua usus est. Aliud exemplum reperitur Viennae in bibliotheca Windhagiana MS. membran. in fol. Lambecius quoque ex Ambrasiana bibliotheca eiusmodi codicem membran. in fol. Caesareae intulit, ubi hist. prof. n. 71. invenitur. HIERONYMVS itaque MEGISERVS primus illius editionem Lincii 1618. in 8vo. curavit, et publici iuris fecit hoc titulo: *Fürstenbuch von Oesterreich vnd Steyerland: Beschrieben von Herrn Iansen dem Enenckeln, beynahent vor vierhundert Iahren. Hievor niemals im Truck aufsgangen: Nu aber nach fleissiger übersehung, den Löbl. Ständen baider Landtschafften des Ertzhertzogthums Oesterreich vnder vnd ob der Enss, zu sondern Ehren publicirt unnd zugeschrieben.* Editio haec iam superiore saeculo ita evanuit, ut neque Lambecio nota esset, utpote, qui in itinere Cellensi p. m. 15. editionis Hamburg. 1710. in fol. auctorem istum ineditis adhuc accenseret. Itaque HIERON. PEZIVS

primum (*a*) tum etiam R. D. GODEFRIDVS BESSELIVS (*b*) de illo recudendo cogitarunt. Verum neuter eruditi orbis votum ac desiderium explere potuit. Factum proinde feliciter, ut demum anno 1740. rarissimus hic auctor Lincii eadem, qua primum forma, totidemque paginis, adcurate rursus, typis *Ioan. Casp. Leidenmayeri*, vulgaretur. Verum et haec editio rarioribus iam libris accensetur. Vixit autem ENNENKELIVS saeculo XIII, et soluta partim, partim ligata oratione, primorum Marchionum et Ducum Austriae,

(*a*) [Tom. I. S. R. A. dissertatione prooemiali VI. sub finem, deinde tomo II. pag. 537. Qua de caussa etiam I. P. LVDEWIG, qui tomo IIII. *Reliquiarum* MSS. Ennenkelium exhibere instituit, et iam schedas aliquot imprimendas curavit, animum mutavit; et ab eo edendo abstinuit.

(*b*) *Chronici Gottwicensis* praefat. pag. 96. Nam dum tomo secundo redivivam velut antiquam et mediam Austriam, ob oculos posituras fuisset, promisit pariter se curaturum, ut laudatum opus Ennenkelii ad fidem autographi probe castigatum, eidem inseretur. Vid. *Bibl. Aust.* P. I. L. I. S. I. C. I. pag. 7.]

Digitized by Google

striae, Styriaeque gesta, usque ad Friderici Bellicosi interitum, anilibus nonnunquam fabulis immistis, enarravit.]

Eiusdem IOAN. ENNENKEL chronicon universale, quod res ab orbe condito ad tempora Friderici II. Aug. ubique terrarum gestas, complectitur, prosa partim, partim versa germanica oratione descriptas, exstat in vasto volumine membran. saeculi XIII. variis picturis exornato, in bibliotheca monasterii Neresheimensis. Atque ex eo excerpta sunt illa, ad historiam Austriacam pertinentia, quae HIERON. PEZIVS S.R.A. tomo altero pag. 537. et seqq. exhibet.

[Multa antiquam historiam Babenbergicam, totiusque Austriae mirum in modum illustrantia, insperta habet CAROLI FRIDER. SCHOEPFFENS *Nordgau-Ostfränkische Staatsgeschichte der gewesenen Marggrafen auf dem Nordgau und Grafen zu Franken, gemeiniglich von Babenberg und Schweinvord genannt. Hildburgshausen* tomus I. 1753. tomus II. 1754. in 8vo.

Digitized by Google

Ex recentioribus historiam Marchionum Austriae stirpis Babenbergicae, succincte, documentorum tamen genuinorum fide stabilitam, cl. FRANCISC. FERD. a SCHROETTER in *Versuch einer Oesterreichischen Staatsgeschichte*, quem librum supra L. I. C. II. §. 1. laudavimus, publici iuris fecit.

Etiam IOANNES PAVLVS REINHARD in *Entwurf einer Historie des Erzhauses Oesterreich*, *Erlangen* 1752. in 8vo. de quo opusculo deinceps recurret sermo, perbrevem Domus Babenbergicae genealogiam aeque ac historiam, ex optimis fontibus haustam, sectione secunda legentibus offert.]

Omnium tamen curas infinitis nominibus superavit doctissimus SIGISMVNDVS CALLES, cuius iam saepius celebravimus nomen, in *Annalibus Austriae ab ultimae aetatis memoria, ad Habsburgicae gentis Principes* deductis, ac Viennae Austriae anno 1750. volum. duobus in fol charta et typis nitidissimis, procusis. Divisum est hoc opus, cuius auctoritas et existimatio apud eruditos immortalitatis futura est, in *partes duas*. [*Prima*

res

Digitized by Google

res Auſtriae veteris, ſub Romanis, Auſtraſiae, Germaniaeque Regibus et Impp. ac praecipue Babenbergicae ſtirpis in Auſtria Marchionibus geſtas, ad annum Chriſti 1155: *ſecunda* res aetatis mediae, ſub Babenbergicae ſtirpis Ducibus, usque ad Habsburgicae gentis Principes, ad annum 1283. ſubiunctis ubique ſcriptorum, veterumque monumentorum teſtimoniis, notisque, complectitur. Atque ad hos ſtudioſa diligentia, ſummaque fide conſcriptos annales, omnibus illis confugiendum eſſe exiſtimo, qui firmo, ſecuroque greſſu per omnem illorum temporum hiſtoriam Auſtriacam vagari cupiunt.

Pulcherrimo etiam ordine doctiſſimus P. CHRYSOST. HANTHALER Marchionum ac Ducum Babenbergicorum vitas et res geſtas, omnemque eorum familiam ob oculos ponit, et cuiusvis generis monimentis confirmat, *propylso faſtorum* ſuorum *Campiliienſium* ſaepe alias laudatorum.]

Digitized by Google

CAPVT III.

SCRIPTORES HISTORICI GENTIS HAESBVRGICAE SIGILLATIM.

Hos inter primo ponendus loco videtur GERARDVS de ROO, Belga Veteraquinas, Ferdinando Tirolensi, Archiduci Austriae a bibliotheca, qui *Annales rerum belli domique, ab Austriacis Habsburgicae gentis Principibus, a Rudolpho I. ad Carolum V. gestarum*, magna fidelitate, ac sine omni partium studio, stiloque cultiore elucubravit. Quum vero ante, quam ultimam operi manum imposuisset auctor, praematuro is fato e vivis ereptus fuisset: CONRADVS DECIVS (vulgo *Dietz*) a *Weydenberg* perfecit illud, atque in lucem protulit, opera IVSTINIANI MOSERI, et ANT. CLOESELII, quorum ille Archiduci a consiliis intimis et epistolis, hic a confessionibus et concionibus sacris erat, adiutus. Vidit autem primam lucem egregium hoc opus Oeniponti anno 1592. in fol. exem-

exemplaribus non nisi centum, quod ferunt, prodiisse. Quae editio quum hac potissimum de caussa esset rarissima, (a) curante NICOL. GVNDLINGIO (b) Halae Magdeburgicae anno 1709. in 4to. emendate, accuratioreque indice instructa, recusa fuit. Versio porro horum annalium germanica, interprete eodem CONRADO DIETZ, Augustae Vindelicorum anno 1621. typis data fuit, plurimis iconibus personarum illustrium, et insignibus familiarum nobilium ligno eleganter incisis, exornata.

Post hos annales praecipuam laudem meretur IOAN. IAC. FVGGERI *Spiegel der Ehren des Erzhauses Oesterreich*; quod eximium sane, ad Caroli V. tempora deductum opus SIGISMVNDVS a BIR-

(a) [Variae caussae, cur haec editio in pretio habenda sit? adducuntur in *Hamburgisch-Historisch. Biblioth.* cont. IIII. pag. 150. et sequent.

(b) Testante IOAN. FABRICIO in *historia bibliosh.* suae P. III. pag. 41. imo ipsomet GVNDLINGIO, in *Discours über die Reichs-Historie* §. 65. pag. 56.]

Digitized by Google

KEN, censoribus Io. Bapt. Suttinger, Ioan. Guil. Mannagetta, et Petro Lambecio in ordinem redegit novum, cultioreque sermone adornavit, et multis sparsim accessionibus auctum Norimbergae cum innumeris prope figuris, nitidissime in aes incisis, 1668. in fol. publici iuris fecit. Optant tamen viri eruditi, opus hoc datum fuisse, eodem scribendi genere, quo ipse *Fuggerus* usus est, omissis pluribus, a *Birkenio* insertis ambagibus et excursibus, lectores alio avertentibus. (a) Laudanda ceterum

(a) [Vtilissimum proinde, meritaque laude dignum hodiedum foret, si quod dudum in animo habuit vir quidam eruditus, aliquis iam perficere non gravaretur. Sic enim in libello: *Die illustren Negocianten* &c. Francofurti et Lipsiae anno 1734. et 1739. duabus partibus in 8vo. publici iuris facto, volumine altero, p. m. 248. scribitur: „*Ein* „ *gelehrter Mann verspricht bey Gelegenheit* „ *durch Gegeneinanderhaltung des Fuggerischen* „ *Originals, und der Arbeit des Birkens au-* „ *genscheinlich darzuthun, wie Birken mit ei-* „ *nes so vornehmen Mannes Buche verfahren,* „ *und was für gräuliche Irrthümer derselbe be-* „ *gan-*

rum illa sunt; quae *Birkenius* passim adiecit, Genealogiam et Heraldicam familiarum nobilium, etiam atque etiam illustrantia. Exemplar manu exaratum Fuggerianum (*b*) habetur in bibliothe-

ca

„ *gangen; welches aber bisher nur solchen Leu-*
„ *ten unglaublich vorgekommen, die mit Birken*
„ *gleiches Gelichters sind, das ist: die, indem*
„ *sie alles besser machen wollen, alles doch ver-*
„ *derben.* „ Neque stilum cl. FVGGERI solum, sed et imagines, numos, et sigilla Principum Austriae aeri incisa, eidem seu incuriae seu ignorantiae in hoc opere succubuisse, nemo est rerum paullum peritior, qui non lamentetur.

(*a*) Titulus in fronte illius legitur iste: „ *Warhaftige*
„ *Beschreibung zweier in einem der Aller-Edle-*
„ *sten und Hochlöblichsten Geschlechten der Chri-*
„ *stenheit des Habspurgischen und Oesterreichischen*
„ *Geblüets, sambt derselbigen lobwürdigen Herkom-*
„ *men, Geburten, Leben, Regiment, und Ritterli-*
„ *chen Thaten, von dem anfang bis auf die*
„ *Vnüberwindlichsten, Grossmächtigsten Fürsten und*
„ *Herren, Herren Carolum den Fünften und Fer-*
„ *dinandum den Ersten, Römische Kaiser und*
„ *Könige, auch recht ordentliche erwelte und*
„ *gekrönte Obriste Häubter der Christenheit,*
„ *durch*

ea Caesarea Vindobonensi, voluminibus duobus in folio, ut vocant, regali, et cum propter scripturae elegantiam, tum ob ingentem imaginum copiam admirandum prorsus est et vere Caesareum. Dividitur autem in *septem* libros, quorum ultimus, priores *sex* magnitudine aequans, Maximiliani I. Aug. vitam et res gestas complectitur, solusque alterum volumen implet. Ceterum in fide historica concilianda non usque adeo magni hic scriptor momenti est, utpote probationibus et documentis diplomaticis destiturus.]

Fuggero sua potissimum debet IO. CHRISTOPH. BEERIVS in libro: *Der Erz-Herzogen zu Oesterreich Leben, Regie-*

„ *durch den Wohlgebornen Herrn*, HANNS IAC. „ FVGGER, *beider hochgenanten Römischen Kai-* „ *serlichen und Königlichen Majestäten Rabt, auch* „ *Herrn von Kirchperg, Weissenhorn und Pfirdt,* „ *nicht ohn kleine mühe und unkosten nach Stam-* „ *mensgerechtigkeit auf das getreulichist und* „ *fleissigist so immer möglich, mit seinen Wappen* „ *und Figuren gezieret, zusammen gezogen* „ *und in dis Werck der Ehren beschliesslichen ge-* „ *bracht Anno* 1555. „]

Digitized by Google

gierung und Groſs-Thaten von — Rudolpho bis in die — Regierung — Leopoldi &c. Nürnberg 1695. in 4to. qui tamen in recentioribus exteris domesticis non sat distinguit, et praeter plures in historia aeque ac chronologia lapsus, vulgaribus potissimum enarrandis occupatur. [Neque melioris commatis est illius continuatio, quae ad initium imperii Caroli VI. producta, ibidem 1713. in 4to. lucem vidit, et secundam operis partem constituit.]

ANONYMI *historisch-genealogische Beschreibung des Ertzhauſes Oeſterreich, worinnen deſſelben Urſprung, Wachsthumb, und jetziger Flor durch alle Stamm-Glieder — nach Art der Annalium — vorgeſtellet werden*; Ulm 1708. in 8vo. [priori iure praeferri debet. Ad Maximilianum I. usque Fuggerum sequitur; tumque aliorum probatorum auctorum vestigia premit. Miscet tamen et hic scriptor passim aliena, Austriacaque saepe nimis parce tractat. Recusus liber est ibidem 1716. inscriptione sic mutata: *Oeſterreichiſcher Tugend-Spiegel, und Helden-Saal.* 8vo. Porro idem absque loci mentione eadem forma anno 1727. prodiit hoc titulo:

Voll-

Digitized by Google

Vollständige Einleitung zu den merkwürdigsten Geschichten, welche von Zeiten der Habsburgischen Kaiser und Ertz-Hertzogen sich zugetragen, Biss auf die gegenwärtige Regierung Sr. glorwürdigsten Kaiserl. Majest. Caroli VI. fortgesetzt, und aus den besten Nachrichten erläutert durch B. V. T. Qua in editione continuatio ab anno 1708. ad 1726. suis locis inserta, aliaque sparsim fusius elaborata habentur, reliqua vero, tametsi pariter emendatione digna fuissent, eo usque intacta relicta sunt, ut philurae etiam complures, ex prioris editionis residuis forte exemplaribus desumtae, in hanc sint translatae.]

Quem IO. PET. LVDEWIG in *German. Princ.* L. I. C. VI. extare in bibliotheca Berolinensi testatur: *Anonymus Austriae historicus* paulo ante tempora Maximiliani I. Aug. vernaculo sermone scriptus, typis, quod scio, datus nondum fuit, quod parum dignitatis, praeter vetustatem, habere videatur.

[Non prorsus contemnendum, quamquam nec paucis neque levibus erroribus notatum, historiae Austriacae Habsburgicae compendium est, quod sine auctoris nomine Parisiis 1670. in 12mo. volum. duo-

Digitized by Google

duobus prodiit hoc titulo: *Memoires hiſtoriques et politiques de la Maiſon d' Autriche.*]

Probatur porro magnis doctrina viris, nobiliſſimum IOAN. LAVRENT. KRAFFT opus Bruxellis 1744. et 1745. tribus volum. in fol. evulgatum hoc titulo: *Hiſtoire de l' Auguſte Maiſon d' Autriche, contenant une deſcription exacte de tous les Empereurs, Roys, Ducs, Archiducs, et autres Princes, tant eccleſiaſtiques, que ſeculiers: l' acquiſition de tous Royaumes, Principautés et pays hereditaires; leurs guerres, traitez de paix, alliances, et mariages, depuis ſon origine jusqu' à preſent, ornée de tous les portraits des Princes, qui ſont parvenus à l' age de majorité.*

[PONTI HEVTERI *rerum Auſtriacarum* libri XV. in quibus deſcribuntur pace belloque geſta a Principibus Auſtriacis in Belgio; nempe Maximiliano I. Caeſare, Philippo I. Caſtellae Rege, Carolo V. Caeſare, et Philippo II. Hiſpaniarum Rege, omnem laudem merentur. Praemiſſus eſt libellus ſingularis de *vetuſtate* et *nobilitate familiae Habsburgicae* atque Auſtriacae; ſubiuncti vero liber XVI. XVII. et XVIII. de

rebus

Digitized by Google

rebus Austriaco-Belgicis usque ad annum 1568. quae omnia post editionem Antwerpiensem 1598. in 4to. et Hagae Comitum 1639. in 8vo, habentur in eius operibus, iunctim editis, Lovanii 1643. et 1651. in fol. In Belgicis rebus enarrandis multo accuratior est auctor, quam iis, quae exteris in oris contigerunt.]

Huic iungi potest ERYCII PVTEANI *theatrum heroicum* Imperatorum Austriacorum, Ducum Burgundiae, et Regum Hispaniarum, Bruxellis 1642. in fol.

ABRAHAMI HOSSMANNI *neue Oesterreichische Chronica, und Beschreibung alter Geschichten des löbl. Hauses von Oesterreich*, Lipsiae 1612. procusa, e mediocribus est.

In bibliotheca Viennensi Caesarea inter codices MSS. hist. prof. n. 646. habetur *breve chronicon Austriae*, a Rudolpho I. ad Maximilianum I. Aug. saeculo XV. exaratum, in quo tamen pauca omnino, praeter natales et emortuales dies consignantur.

[In

Digitized by Google

[In bibliotheca Prandaviana Viennae inedítus alius exstat ANONYMI *commentarius in Augustam Austriacae Domus historiam*, manu exaratus, et ex diversis auctoribus coaevis consarcinatus, in fol. cuius tomus I. ab exordio regiminis Caroli V. Aug. ad annum 1657. tomus II. ab anno 1658. ad 1705. tomus III. ab anno 1705. ad 1714. tomus IIII. ab anno 1715. ad 1740. pertingit. Plus vero gratiae in vasto hoc opere iniisset auctor, si scriptores, quibus usus est, maiore cum cautela sequutus fuisset, et a rebus vulgaribus, idoneoque documento destitutis, recensendis abstinuisset.

HIERONYMI BRANCHI *historia Austriaca*, sermone italico scripta, rarioribus hodie libris (*a*) adnumeratur, lectuque non indigna est, ob accuratam praesertim rerum, saeculo XV. ge-

(*a*) [De raritate huius operis vid. IOANN. CHRISTIAN. GOETZE *Merkwürdigkeiten der Dresdner Biblioth.* III. B. pag. 392. FRID. GOTTH. FREYTAG *Analecta* pag. 152. CLEMENT T. V. pag. 187. GEORG. BAVER *Biblioth.* pag. 153.]

Digitized by Google

starum, enarrationem. Duae tantum eius partes Viennae in 4to. publici iuris factae sunt; prima, res Austriacas a Rudolpho I. ad annum 1439. exponens, anno 1688; altera, eandem historicam seriem ad annum 1493. pertexens, anno 1691.

IO. PAVLI REINHARD *Entwurf einer Historie des Erzhauses Oesterreich. Erlangen* 1752. in 8vo. emendatis, quae hinc atque inde occurrunt, nonnullis erroribus historicis, praelectionibus academicis adcommodatissimum compendium est; ob fontes ubique indicatos, et tabulas genealogicas, sub finem adnexas, maximopere commendandum.

In HEN. CHRISTIANI SENCKENBERG *Selectorum Iuris et Historiarum* tomo IIII. habetur ANONYMI Helvetii, saeculo XVI. florentis, *origo et historia Ducum Austriae, Habsburgi Comitum usque ad pugnam Sempacensem* lingua vernacula scripta. Auctor protestantium sacris addictus, odio in Domum Austriacam et partium studio saepissime quidem offendit, quamplurima tamen notatu digna, in aliis vix occurrentia, enarrat.

CA-

Digitized by Google

CAROLI ANDRIAN *epochae Habsburgo-Auſtriacae* primum Graecii, cultiore ſtilo elucubratae, in lucem datae ſunt anno. 1730. in 8vo. ad annum ûsque 1740. deinde continuatas, tabulisque genealogicis auctas, recudendas curavit earum utilitate permotus cl. BERNARDIN. ERBER Viennae 1762. in 4to.

IOANNIS RAMI *Archiducum Auſtriae* ex Habsburgenſi familia *hiſtoriae*, et res geſtae ex optimis quibusque auctoribus magno ſtudio collectae, et numeris elegiacis comprehenſae, Viennae primum 1551. in 4to tum Lovanii anno 1555. in 8vo. in lucem datae ſunt. In libros duos opuſculum totum diviſum eſt; quorum primus ab Alberto I. ſecundus ab Erneſto Ferreo incipit, et in prolibus Ferdinandi I. deſinit.]

NIC. VERNVLAEI brevis ſed elegans *hiſtoria Auſtriaca*, ſeu *virtutum* Auguſtiſſimae *gentis Auſtriac.* L. III. Lovan. 1640. et ſecundum 1651. in 4to. prodiverunt.

[Idem doctiſſimus vir *Diarium Auſtriacum*, ſive ephemerides hiſtoricas rerum Auſtriacarum per ſingulos anni dies Lovanii 1628. in 8vo. emiſit; ubi

Digitized by Google

facta praecipua Principum Austriacorum, non una serie chronologica, sed per singulos mensium dies, quibus ea contigisse ab historicis memoriae produntur, distributa enarrantur. Eius autem generis plura habentur eruditorum virorum scripta; sed quae nervis historicis, iudicioque fere carent critico. (*a*) Sic HIERON. MEGISERVS *Diarium Austriacum*, seu calendarium historicum Domus Austriacae, in quo omnium eius familiae Principum, utriusque sexus, natales, inaugurationes, coniugia, res gestae, et obitus singulis totius anni diebus breviter recensentur, vernacula aeque ac latina lingua, Augustae Vindel. 1614. in 4to. evulgavit; — *Speculo Fuggeriano* adiectum legimus *Oesterreichischen Geschichts-Calender*, a SIGISMVNDO BIRKENIO huiusmet operis subsidio confectum, — Tubingae 1699. in 8vo. prodiit ANONYMI *curieser*

(*a*) [Hic de illis solum *Diariis* agimus, quae per omnem late historiam Austriacam excurrunt: singularia, si qua occurrent, Principum Austriae, libro sequenti recensebimus.]

Digitized by Google

rioser Geschichts-Calender vom Haus Oesterreich; — IOAN. LVDOV. SCHOENLEBEN *dissertationi polemicae de origine Domus Austriacae* supra laudatae, subiecit parte II. C. X. *ephemerides Habsburgo-Austriacas* copiosissimas, historicorumque celebrium auctoritate stabilitas; — HIERONYMVS FORCHONDT denique *Fastos Austriae* in singulos anni menses cum metro, tum prosa digestos, Viennae 1736. in 8vo. protulit. — Atque his potissimum subsidiis nixus, ANTON. FERD. a GEISSAV industria non mediocri conscripsit *Historisches Tagebuch des durchl. Erzhauses. Oesterreich vom Jahr* 994. *bis* 1780. et typis commisit. Viennae 1781. in 8vo. Vniversa quidem huic inserta sunt, quae in MEGISERO, SCHOENLEBEN, et FORCHONDT leguntur, aliaque ex aliis addita; verum non est diffitendum, auctorem errores quoque illorum sequutum fuisse, novosque ob nimiam operis festinationem variis in locis induxisse. —] Demum commemorandum etiam WILHELMI PVTSCHII, Ferdinandi I. Aug. Cancellarii, et Cuspiniani affinis, *calendarium*, notis historicis illustratum, quod cod.

Digitized by Google

chart. MS. in bibliotheca palatina Viennensi adservatur.

[Quos iam alibi laudavi *Phosphori Austriaci, de gente Austriaca libros tres*, Lovanii 1665. in 12mo. typis datos, et Viennae 1699. eadem quidem forma, sed maximam solum partem recusos, eos tam ob stili nitorem, quam ob rerum copiam et gravitatem tironibus etiam etiamque hic commendandos existimo, quamquam politicum potius quam historicum Austriae statum auctor prae oculis habuisse videtur.

Essai sur l' histoire de la Maison d' Autriche: *par le Comte de* GIRECOVR; Parisiis 1778. tomis VI. in 12mo. prodiit. Pertingit haec historia a Rudolpho I. ad annum 1732. neque magni est pretii ob incertas, nullisque idoneis auctoritatibus firmatas, quas ubique immiscet auctor, narrationes. In veteri mediaque historia Habsburgica brevitate, in recentiore copia laborat sua, et partium gallicarum studium plus aequo ubivis prodit, suaeque nationis in Austriacos animum nusquam dissimulat, tametsi M. Antoniae Archiduci Austriae, Gallia-

liarum nunc Reginae, opus sit nuncupatum.

Exigui momenti sunt opuscula sequentia: IOAN. MICHAELIS FVCHS *memoria gloriosa regiae stirpis Habsburgicae oder — Beschreibung der aus dem — Ertz-Haus Oesterreich entsprossenen Helden &c. Frankfurt* 1706. in 12mo. — FRAN. ADA. Com. a BRANDIS *Fruchtbringend Oesterreichische Lorbeer-Zweig, d. i. Erzählung der — Begebenheiten, so sich mit dem — Ertz-Hauss, von Pharamundo an, bis auf jetzige Zeit ereignet. Augsp.* 1675. in 8vo. qui libellus deinde ab auctore in latinum sermonem conversus, et continuatus, Bolsani 1678. in 8vo editus est hac cum epigraphe: *Fama Austriaca ad cunas serenissimi Principis Leopoldi Caes. Augustissimi Regii filii advolans, sive rerum Austriacarum brevis narratio.* — SIGISMVNDI a BIRKEN *Ostländischer Lorberhayn d. i. ein Ehrengedicht von dem Erzhaus Oesterreich: einen Fürsten-Spiegel in* 12. *Sinnbildern, und eben so vielen Kaiser- und Tugend-Bildnissen, neben dem Oesterreichischen Stamm- und Zeit-Register vorstellend. Norimbergae* 1657. in 12mo. — *Abstammen, Leben, Grosthaten, Regierung, und Abscheiden Leopoldi R. K. nebst prophetischen Willkomm*

Digitized by Google

ABRAHAMI a S. CLARA, *und Lebens Beschreibung des durchleuchtigsten Ertz-Hauses Oesterreich Habsburgischer Familie Regenten von Rudolpho dem ersten bis auf Leopold den ersten* 1705. in 8vo. — PAVLI MORIGIA *Istoria breve della augustissima Casa d' Austria, con la vita de tutti gl' huomini e donne di questo* &c. in Bergamo 1593. in 4to. — Nec maioris pretii est: *Austriaci splendoris liber IIII.* id est: *Domus Austriacae Archiduces tam elegidiis, quam prosa succincte* a IO. PETRO LOTICHIO *descripti.*, et Francofurti anno 1667. in 8vo typis dati.]

WOLFG. LAZII fragmentum *historiae Austriacae*, a praelio Rudolphi Imp. cum Ottocaro Bohemiae Rege, in quo hic occubuit; desinens in controversiis Alberti Archiducis cum Friderico Imp. codice chart. bibliothecae Caesareae inter histor. prof. n. 163. adservatur.

[In eadem bibliotheca, quam scriptis bene multis, historiam celeberrimaque Principum Austriae facinora generatim aeque ac speciatim mirum in modum illustrantibus abundare, nemo mea quidem sententia dubitare potest,

prae-

Digitized by Google

praeter complura alia inveniuntur quoque manu exarata opera sequentia: Eiusdem mox laudati WOLFG. LAZII, epitome decadis tertiae chronici Austriaci cum hac inscriptione: *Epitome oder kurzister ausszug der dritten Decadis der Oesterreichischen chronicae, von W. Lazio doctor in Latein beschrieben, und in vier Decadas austaylt* 1556. In epistola nuncupatoria, ad Carolum Archiducem Austriae, scribit: se eius iussu hanc epitomen ex maiori opere latino, quinque decadibus constante, confecisse, et velut introductionem ad iustum illud opus offerre. Est autem haec epitome imperfecta, et inter hist. profanos n. 15. — CLAVDII PERRODI varia *poëmata*, in laudem Augustae Domus, gallico sermone conscripta, anno 1556. Maximiliano R. Bohemiae, A. A. inscripta; in quibus de Imperatoribus Austriacis, de Vellere aureo &c. poëta canit; inter hist. prof. n. 674. — IOANNIS RAESCH *historia Austriaca* fabulosa, cuius inscriptio: *Oesterreichischer Fürsten der Haidnischen, Jüdischen und Christlichen herrn — wie seinther des Sündfluss sie in herrschung nach einander*

ankommen ſeynd &c. inter hiſt. prof. n. 337. — *Chronologia mortualis* Archiducum Auſtriae, pertingens usque ad annum 1432. unacum recenſione ſepulturae et fundationum uniuscuiusque, germanica lingua ſcripta, inter hiſt. prof. n. 226. — IVLII demum SOLIMANNI *Auſtriacorum Caeſarum elogia* a Rudolpho I. ad Ferdinandum III. Rom. Regem. cui dicata ſunt, inter hiſt. prof. n. 644.]

Iam ad eos progredior ſcriptores, qui non univerſas ſed *quorumdam* ſolum Principum Auſtriae *vitas* et res geſtas expoſuerant; quem in cenſum referendi ſunt ſequentes: SIGISMVNDI NEVMANN hiſtoria immortalitatis Auſtriacae, ſive *der Oeſterreichiſchen Kaiſer Leben, Wandel, und Thaten*, Francof. ad Oderam 1660. in fol. quo volumine vita et geſta exhibentur Rudolphi I. Alberti I. et Friderici III. ſeu Pulchri. Num telam perduxerit ulterius, non conſtat. Neque vero intereſt Hiſtoriae, confitente I. P. LVDEWIG *Germ. Princ.* L. I. C. IIII. cum vulgaria adferat, et intempeſtive philoſophetur. — MICH. L. B. ab EYTZING *de ſeptem Imperatoribus*

Digitized by Google

ribus Austriacis, et eorum praeclaris factis, Viennae 1567. in fol. lectu dignum emisit librum. — IOAN. CVSPINIANVS in praeclaro suo, *de Imperatorum Romanorum vitis, a Iulio Caesare ad Maximilianum I.* opere multa singularia in Caesaribus Austriacis, quos attingit, observat. Prodiit cum eruditis notis WOLFGANGI HVNGERI Basileae 1540. et Francof. 1601. in fol. Exstat etiam CASPARIS HEDIONIS versio germanica cum iconibus, Basileae 1541. in fol. — [*Zodiacus Imperialis duodecim Caesarum Austriacorum* Viennae 1637. in fol. editus, pauca, eaque vulgaria complectitur. — Idem iudicium esto de *corona XII. Caesarum e Domo Austriaca*, quae oratio ad Ferdinandum IIII. Rom. Regem Viennae 1654. in fol. procusa fuit. — IOANNES ADAMVS BESNECKER Pragae 1713. in fol. typis dedit *Album Domus Habsburgo-Austriacae*, in quo brevis quidem et ieiuna vitae rerumque ab Imperatoribus Austriacis, a Rudolpho I. ad Iosephum I. gestarum narratio habetur, ob adiectas tamen eorumdem plerasque constitutiones, investituras,

Digitized by Google

ras, diplomata, contractus, feuda, transactiones, foedera, instrumenta pacis, cessiones, litteras et responsa &c. non ultimum inter subsidia historica Austriaca meretur locum. — HORTENSII PALLAVICINI *Austriaci Caesares* a Rudolpho I. ad Ferdinandum III. Mediolani 1649. in 4to. evulgati sunt, in quibus auctor panegyricum potius, quam historicum se exhibet, in genealogicis tamen non contemnendus. Additae sunt singulorum Imperatorum effigies. — NICOLAI AVANCINI *Imperium Romano-Germanicum*, sive quinquaginta Imperatorum ac Germaniae Regum elogia, cum eorum ieonibus, a Carolo M. ad Leopoldum I. Viennae 1663. in 4to. unde tamen parum subsidii pro historia Austriaca. (a) — Neque maioris pretii est IOS. IVLII ab HOERMANN *Triumphus novem saeculorum Imperii Romano-Germanici* Leopoldo M. — quinquagesimo, ideoque monarchae iubilaeo, sae-

(a) [Quanti aestimatus fuerit a Leopoldo Caesare Avancinus, vel ex hoc coniici potest: quod mortuo Augustus sequenti elogio parentaverit: I.

saeculum nonum — complenti, dedicatus: Viennae 1700. in fol. — Infimi prorsus ordinis est: MATH. FERDINANDI HABERREINER *Leopoldinische Tugend, und Stammens-Benambsung — der zwölf Leopolden Marggrafen, Hertz- und Ertz-Hertzogen zu Oesterreich &c. Wienn* 1675. in 4to. — Eiusdem commatis habetur: *Annus primus imperii Austriaci duodecim Caesareo-mensium D. Ferdinandi II. imperio expletus* &c. Graecii 1638, in fol. — Consimile iudicium ferendum de LAZARI BRVNETTI *Austria imperante*, seu Imperatorum ac Germaniae Regum ex Domo Austriaca elogiis, Augustae Vindel. 1690. in 4to. — Vix etiam legi meretur GEORGII CAROLIDIS a CARL-

I.

nICoLaVs aVanCInVs e soCIetate IesV, assIstens. GerManIae, festo sanCtI nICoLaI obIIt; LVgete!

II.

heV MVsae DoLete! Vester phoebVs aVAnCInVs obtenebratVs est.

III.

nICoLaVs aVanCInVs Inter praeCLaros eLoqVentIae prInCIpes ConnVMeratVr.]

Digitized by Google

CARLSPERGA *decas Imperatorum, ex Archiducum Austriae familia, quibus singulis sua symbola subiiciuntur,* versu elegiaco expositа, quae Pragae 1596. in 4to. lucem vidit. — IOANNIS GANSII *Oesterreichisches Frauenzimmer*, seu vitae sereniſſimarum de domo Austriaca heroinarum a Rudolpho I. ad sua usque tempora, Coloniae 1638. in 8vo. rarior nostra aetate libellus est, et singulari auctoris diligentia collectus, qui tamen maiorem meritus fuisset laudem, si narrationes suas probatae fidei documentis confirmasset. —] HARTWIGVS a DASSEL patricius ille Luneburgicus, qui familiam suam egregiis studiis illustravit, *Imperatores ex Archiducum Austriae familia* oriundos, evulgavit Hambur. 1590. in 8vo.— VLADISLAI TVRLAY *corona Australis in polo Poloniae*, sive Reginarum Poloniae e stirpe Austriaca virtutes, ethicis, politicis, et historicis observationibus propositae, Vilnae 1705. in 4to. [Floridus auctoris stilus, et digressiones copiosae demonstrant, auctorem praeconis potius regiarum virtutum, quam boni historici partes explere voluisse. — IACOBVS CIAMPALANTES *Coelum Austriacum*

Digitized by Google

cum Romanorum Caesarum, e stemmate Austriaco glorioſe exornatum, ſive virtutes et res geſtas Romanorum Caeſarum Auſtriacorum Venetiis 1670. in 8vo. typis dedit. — GEORGII SCHOEBELII *ſinnreiche Reden und merkwürdige Thaten der XV. Römiſchen Kaiſer aus dem Ertzhaus Oeſterreich*; *Breſslau* 1672. in 8vo. cum iconibus Impp. a Rudolpho I. ad Leopoldum M. haud magni momenti libellus eſt, attamen ſollicite olim quaeſitus propterea, quod Leopoldi M. filiae natu maiori in deliciis erat. — [IO. ANTONII SCHENZ a SCHEMMERBERG *compendium der zu mannbar gekommenen Alter Oeſterreichiſchen Kayſern, Königen, und Ertz-Hertzogen Geburt, Eh-Stand, Regierung, Tod-Fäll und Begräbnuſſen betreffend. Augſp.* 1731. in 8vo. minime accuratum eſt. —] Maiorem laudem meretur MICHAEL. FRIDERICI QVADT erudita diſſertatio, *de geſtis* notatu dignioribus *Imperatorum gentis Auſtriacae*, quae procuſa eſt Sedini 1741. in 4to. — [HIERON. MEGISERI *Theatridion heroum Auſtriae*, Lincii 1618. in 4to. typis commiſſum, vulgaria comple-

Digitized by Google

plectitur. —] XII. *Leopoldi heroës Austriae* Viennae 1658. in 8vo. typis dati, breviter eius nominis Austriacorum Principum glorioſa exponunt facta. — LAVRENTII PECKENSTEIN *Imperatorum Germaniae*, e proſapia Comitum Habsburgenſium, et Landgraviorum Alſatiae, brevis et ſuccincta narratio, publici iuris facta eſt Dresdae 1595. in 4to. ubi hiſtoria Caeſarum Auſtriacorum a Rudolpho I. ad Rudolphum II. paucis adumbratur.

Poſtremo non praetereundi illi auctores, qui ſingularia pertractarunt argumenta. Sic [LEONARDVS WVRFBAIN, cuius iam alias memini, in ſuis *relationibus hiſtoricis* Norimbergae 1636. in fol. emiſſis, praeter alia genealogica et politica, ſingulari relatione oſtendit: *Durch was Mittel das hochlöbl. Hauſs der Ertzhertzogen zu Oeſterreich zu ſo viel Land und Leuten gelangt.* Verum ut alibi, ſic et hic in auctore iudicium, ſelectumque ſcribendi genus merito deſideratur. — VITVS BERINGVS celebris Regis Daniae hiſtoriographus ſcripſit de *fortuna Auſtriacae Domus*, ediditque Argentorati 1648 in fol. —

IOAN-

IOANNES CHRIST. a QVARIENT, seu potius IAC. PETTINATI in lucem protulit *Quinquertium historicum*, sive prolusiones historicas de Domo Austriaca, bellisque ab eadem gestis, Viennae 1707. in fol. — *Austriaca austeritas* in *regna Hungariae*, cum appendice, Venetiis 1671. in 4to. prolata, auctorem agnoscit cancellarium Comitis Toekely, et quod confestim suppressa fuerit, hodie rarissimis accensetur scriptis. Opposita tamen illi fuit anno 1673. in 12mo. *Austriaca clementia*, sive *eviscerato nugacitatis, Austriacam austeritatem commiantis.* — IOANNES SAXO, sub nomine FRANCISC. MARINI, perquam eruditam *de scopo reipublicae Polonae* dissertationem Vratislaviae 1665. typis commisit. Verum, quod contra familiam Austriacam intemperantius se auctor gesserit, illa non solum mox suppressa; sed etiam alius ANONYMI (HERMANNI forte CONRINGII) libellus de *scopo reipublicae Polonae* et de Domo Austriaca 1665. in 12mo. oppositus fuit. — IOACHIMI MYNSINGERI de FRVNDECK iureconsulti et doctrina et virtute nobilis, *Austriados* libri II. carmine non in-

Digitized by Google

venusto scripti, Basileae 1540. in 4to. excusi sunt. — PAVLI CHRISTOPH. de SCHLVETERN *divinae providentiae cura singularis in erigenda, conservanda, augendaque Aug. Domo Austriaca*, Viennae 1712 c. figg. in fol. lucem vidit, et non nisi vulgaria continet. — *Causa y origen de las felicitades de Espanna y Casa de Austria por Fray* PAOLO de GRANADA Madriti 1652. in 4to. prodiit. — Quam cl. IOAN. BVRCHARDVS MAIVS publicavit commentationem historicam de *fatis Domus Austriacae*, Kilonii 1711 in 4to. ea ob materiae dignitatem, et suam praestantiam ibidem an. 1720. in 4to. recusa fuit. — R. P. PAVLVS STOCKHER ord. S. Benedicti *sapientiam politicam symbolicam*, h. e. virtutes et symbola Austriacorum Caesarum, edidit Salisburgi 1707. in fol. — Quae Austriacam Domum a Gallis circumsteterint pericula, ANT. GVIL. ERTEL in *Austriana* Arabiae Regina, speciosо commento adumbravit, vulgavitque Aug. Vind. 1687. et Salisburgi 1717. in 12mo. — IOANN. DILATI *Austriae gloria* chronographicis gratulationibus et votis expressa; Brunae 1689. in 4to.

tv-

Digitized by Google

typis data eſt. — *Vaticinia* de *Domo Auſtriaca* in 4to. reperiuntur in bibliotheca Windhagiana Viennenſi, inter libros hiſtoricos et politicos n. 1451; — nec non alia eius generis n. 1918. de *Carolo V.* et *Ferdinando I.* Viennae 1547. in 4to. impreſſa — [Huc etiam refero aniles fabulas occinentem, paucorum foliorum libellum, Viennae, Pragae et Berolini, uti primum quidem folium indicat, ſeu potius incerto loco anno 1758. in 4to. editum; cui titulus: *Der neuvermehrte Preuſſiſche Wahrſager — nebſt verſchiedenen die Europäiſchen Staaten, ſonderlich aber Pohlen, Oeſterreich, Frankreich, Schweden und Moſcau &c. betreffenden raren Prognoſticis.*]

Digitized by Google

CAPVT IIII.

SCRIPTORES HISTORICI PRINCIPVM AVSTRIAE VARII ARGVMENTI.

§. I.

SCRIPTORES DE PRINCIPVM AVSTRIAE PIETATE ET VIRTVTIBVS.

[De illis hic scriptoribus dumtaxat acturi sumus, qui generatim seu omnium seu diversorum simul Austriacorum Principum virtutes iustis praeconiis celebrarunt. Sic pietatis Austriacae laudator eximius est:] IO. LVD. SCHOENLEBEN in *anno sancto Habsburgo-Austriaco*, in quo quingenti sancti, beati, et venerabiles, utriusque sexus Domus Austriacae sanguinis et cognationis nexu illigati, per singulos anni dies distributi, cum eorum deductionibus genealogicis a Carolo M. brevique vitae synopsi exhibentur. Salisburgi 1696. in fol.

WEN-

Digitized by Google

WENCESLAVS ADALBERTVS CZERWENKA *annales et acta pietatis Domus Habsburgo-Auſtriacae* [ex diverſis auctoribus, monumentisque antiquis collegit, et eorum partem primam, in libros tres diſtributam, atque ad annum 1358. perductam,] edidit Pragae 1691. in fol. In his ortus et progreſſus Habsburgicae gentis, Imperialis dignitas, Reges, Duces et Archiduces &c. origines eccleſiarum — coenobiorum — aliaque ad pietatem eius ſpectantia proponuntur. [Subiicitur in fine *ſynopſis* ſeu argumenta continuationis ad annum 1691. nec non ſepulturae exuviarum omnium de familia Auſtriaca Principum, quotquot auctori innotuerunt.]

GVILIEL. STANIHVRSTIVS in *Albo Mariano*, quod tacito nomine ſuo Lovanii 1641. in fol. evulgavit, infinita Dei in Auſtriacos beneficia, et Auſtriacorum erga Deum obſequia recenſet.

Nec praetereundus libellus, Viennae 1720. in 12mo. procuſus hac cum epigraphe: *Oeſterreich über alles in Anbettungs-Eifer gegen dem hochw. Altars Sacrament*: [in quo multa eximii cultus ſanctiſſi-

Digitized by Google

ctiſſimi Sacramenti ſpecimina, Auſtriae Principum, breviter indicantur.]

IO. EVSEB. NIEREMBERGIVS *virtutem coronatam*, ſeu coronarum, illuſtrat m documentis et exemplis Imperatorum ac Regum, ex Domo Auſtriaca et Hiſpana, [primum hiſpanico idiomate conſcripſit, quae ob ſuam praeſtantiam deinde ab HORATIO CORRADINO in italicum, et ab I. F. S. I. in latinum ſermonem converſa, typis data eſt Viennae 1675. in 8vo.]

IO. CARILLO ord. Minorum, tractatui ſuo: *Relacion hiſtorica de la Real fundacion del monaſterio de las diſcalzas de S. Clara de Madrid*, ibidem 1616. in 4to. publici iuris facto, inſeruit elenchum CXV. ſanctorum ex Domo Auſtriaca, una cum ſuis elogiis.

[IOAN. IACOBVS a WEINGARTEN in *Fürſtenſpiegel des Erzhauſes Oeſterreich*, Pragae 1673. in fol. emiſſo, multisque Principum Auſtriacorum, et aliorum virorum, ea aetate illuſtrium, imaginibus exornato, dum Archiducum Auſtriae virtutes praedicat, amplam provinciarum hereditariarum hiſto-

Digitized by Google

ſtoriam, nec non rerum exterarum narrationem, attamen non ſemper accuratam, coniungit: in hoc nihilominus laudandus, quod auctores, unde ſua depromſerit, diligenter ubique indicet.

Exigui pretii eſt IOAN. ADAMI WEBERI *adamas Auſtriacus*, ſive indoles heroica Domus Auſtriacae, in adamante adumbrata, Francof. 1668. in 8vo. nam, dum auctor minutias ſectatur, minus quoque ingenioſe adamantis dotes ſaepe cum Auſtriacis virtutibus comparat.

R. P. ANTONIVS STOECKLER ord. S. Franc. in *Tugend-Spiegel, d. i. Beſchreibung des Lebens der heil. Clara, und anderer, unter der erſten und anderten S. Clarae-Regel &c. Wien* 1675. in fol. multarum Archiducum pietatem et virtutes luculenter deſcripſit.

R. P. GERARDI HILLEPRAND *Politica Auſtriaca* in Imperatoribus Auſtriacis eorumque virtutibus adumbrata, ac in Carolo VI. vivo omnium compendio, abſoluta, Viennae 1717. in fol. cum figg. pauca continet ſingularia.]

Digitized by Google

Leopoldo I. Aug. et Iosepho I. a coronatione Regia, Viennam Augusta Vindel. an. 1690. redeuntibus, FRAN. IOSEPHVS GARZAROLL Vniversitatis Rector *Regiam virtutum coronationem* in coronatione Iosephi I. seu *Principum Austriacorum virtutes*, Viennae in fol. typis datas obtulit.

Denique minoris ponderis sunt: IO. CAROLI S. R. I. Com. a WALDSTEIN *Ethica fulgentissimis Imperatorum Austriacorum virtutibus illustrata*. Pragae 1726. in fol. — GABRIELIS FROELICH *Austria coelestis* Viennae 1691. in 8vo. — FRANC. RESCALLI *Ethica Austriaca*, Viennae in 12mo. s. a. procusa. — [FRID. ALBERMONTII *Symmetria iuridico-Austriaca*, Bambergae 1674. in 8vo. ubi auctor in symbolis Austriacorum frigide nonnunquam ludit. — CAROLI DILLHERR *aeterna Augusti. gentis Habsburgicae memoria*. Viennae 1749. in 8vo. — IOSEPHI REICHENAV. *Virtutes Augustae Caesarum Austriacorum*, adiectis eorumdem symbolis et institutionibus politicis, Graecii 1725. c. figg. in 12mo. — CASPARI GLABOTSNIG epi-

Digitized by Google

epiſtolae poëticae ad totam Domum Auſtriacam, de eius fortitudine bellica, pietate, et aliis Auguſtiſſimis dotibus, per illius temporis eventus. Viennae 1698. in 8vo. c. figg.]

§. II.

SCRIPTORES DE PRINCIPVM AVSTRIAE IMAGINIBVS.

[Quamquam ex auctoribus hucusque recenſitis non pauci ſunt, qui operibus ſuis Auſtriacorum quoque Principum effigies ornamenti cauſſa addiderunt: tamen eos hic minime repetendos puto, propterea quod praeſens illis dumtaxat ſcriptoribus dicatus locus eſt, qui de induſtria fineque primario, familiae Auſtriacae imaginibus evulgandis, operam navarunt ſuam. Atque hos inter profecto eminet cl. MARQVARDI HERRGOTT *Pinacotheca Principum Auſtriae*, ſupra C. III. dum monumenta

Digitized by Google

Aug. Domus Auſtriacae, a doctiſſimo viro elucubrata, recenſerentur, pro meritis commendata.

Poſt hunc laudandus FRANCISCVS TERTIVS Bergomas, cuius exſtat opus raritate et praeſtantia inſigne, *Principum* Regum, Imperatorum gentis et *familiae Auſtriacae imagines*, inſignia, trophaea, et elogia complectens, Aeniponti 1569. in fol. edi coeptum, et Venetiis anno 1573, quinque partibus abſolutum, Bergomi poſtea anno 1593. in 4to. recuſum. Magna ſplendidiſſimi huius operis eſt auctoritas, nec dubitandum, quin pleraeque imagines ex genuinis prototypis exceptae, ſereniſſimos Principes ad vivum exhibeant.]

Typis publicis quoque exſtat ANANYMI *Aquila Auſtriaca* ſive *hiſtoriſche Beſchreibung und Abbildung aller Römiſchen Kaiſer aus dem Hauſe Habsburg von Rudolpho I. bis auf Leopoldum I.* Norimbergae ſ. a. in fol.

PETRI SOVTMANNI *effigies Imperatorum Domus Auſtriacae*, ad ornamentum et ſplendorem comparatae, vulgatae ſunt Harlemi 1651. in fol.

FRAN-

Digitized by Google

FRANCISCVS CHRYSOSTOM. HENRIQVEZ *effigies Reginarum*, et *Infantum Hiſpaniae* ordine Ciſtercienſium initiatarum, cum adnotationibus hiſtoricis hiſpanica lingua ſcriptis, Bruxellis 1624. in fol. emiſit.

[PETRVS CVSTOS chalcographus Antwerpienſis complures *Flandriae Comitum*, atque adeo Auſtriae Principum *effigies* aeri inſculpſit. Cuius veſtigia premens filius DOMINICVS CVSTOS an. 1599. *Tirolenſium Principum Comitum* ab anno 1229. ad 1599; ab Alberto I. ſcilicet Comite Tirolis ad Rudolphum II. Aug. *effigies* cum ſingulorum inſignibus, et quorumdam emblematibus in fol. edidit. Elogiorum ſingulis Principibus additorum auctor eſt MARCVS HENNINGVS. Idem opus iterum atque tertium, ſed lingua vernacula, recuſum fuit. Porro hoc ipſo auctore, anno 1600. maiore forma evulgatum eſt *Atrium heroicum Caeſarum, Regum*, aliorumque Summatum ac Procerum, qui intra, proximum ſaeculum vixere, aut hodie ſuperſunt, imaginibus LXXII. illuſtratum, in quo magna diligentia ela-

Digitized by Google

elaboratae XV. icones Principum Auſtriacorum a Maximiliano I. Aug. ad Carolum ab Auſtria Marchionem Burgoviae, continentur.

Dominico Cuſtodi aequalis fuit WOLFG. KILIANVS, cuius iconographicum opus ſupra L. II. C. II. inter genealogicos Auſtriae Principum ſtirpis Habsburgicae ſcriptores, laudavimus.

Aliud rarum magnique pretii opus debemus IACOBO SCHRENCKIO a NOZINGEN cuius materiam iuxtaque hiſtoriam luculentus docet in fronte titulus: *Auguſtiſſ. Imperatorum, ſereniſſ. Regum, atque Archiducum, illuſtr. Principum, nec non Comitum, Baronum, Nobilium, aliorumque clariſſimorum virorum, qui aut ipſi cum imperio bellorum duces fuerunt, aut in iisdem praefecturis inſignioribus laudabiliter functi ſunt, veriſſimae imagines, et rerum ab ipſis domi forisque geſtarum ſuccinctae deſcriptiones. Quorum arma aut integra, aut horum partes — a Ferdinando Archiduce Auſtriae — ex omnibus fere orbis terrarum provinciis partim conquiſita, partim ab illorum haeredibus et ſucceſſoribus transmiſſa, in celebri*

bri Ambroſianae arcis armamentario — conſpiciuntur. Oeniponti 1601. in fol. Et in germanicum ex latino ſermone translatum, per IO. ENGELBERTVM NOYSE de CAMPENHQVTEN ibid. 1602. in fol. quae verſio, curante IO. DAV. KOEHLERO emendatior, Norimbergae 1735. in 4to. recuſa eſt, hac cum epigraphe: *Ombrasſiſche Helden-Rüſt-Kammer.* Continet autem tabulas centum viginti quinque, in quibus ſexdecim ex gente Auguſta Auſtriaca numerantur, elogiis, ſingulari diligentia conſcriptis, ubique adiectis.

IOANNIS POPPENHEVSER *Habsburgiſche Chronik von Rudolpho I. bis auf Ferdinandum II.* Marburgi 1631 in fol. lucem vidit. Additi tamen iconiſmi ex WOLFG. KILIANI ſupra laudato opere expreſſi ſunt.

PETRVS LAMBECIVS, quum anno 1679. primum *apparatum ad Auſtriacos annales* Viennae in fol. evulgaret, ſex et quadraginta imagines ſecundum antiquas ſtatuas, aliaque probatiſſima monumenta, quae tamen nullibi, quod dolendum eſt, indicantur, in aes inciſas

Digitized by Google

ciſas protulit, a Rudolpho I. ad Leopoldum I. Auguſtum.

GVSTAVVM HERAEVM integram pinacothecam Auſtriacam animo agitaſſe, ex numero imaginum, reliquoque rerum, eo ſpectantium, apparatu, pluribus in thecis in bibliotheca Palatina Vindobonenſi adſervato, facile colligitur. *Programma* vero illius, ſeorſim editum, *imagines Auſtriae Principum* a Rudolpho I. ad Rudolphum II. Aug. a Lambecianis nihil admodum diſtantes, exhibet.

Denique in cenſum venire merentur: *Effigies Imperatorum Domus Auſtriacae*, delineatae per IOAN. MEYSSENS, et aeri inſculptae per filium ſuum CORNELIS MEYSSENS, quae Antwerpiae 1660. in 4to. procuſae ſunt; initio ducto a Rudolpho I: et Leopoldo I. Aug. agmen claudente.

Plures, ſed minorum gentium, ſcriptores eiusmodi cl. MARQVARDVS HERRGOTT in Pinacothecae ſuae decurſu laudat, quo et nos lectorem remittimus.]

§. III.

Digitized by Google

§. III.

SCRIPTORES DE PRINCIPVM AVSTRIAE NVMIS.

[Et hac in ſcribendi materia primas ſibi partes iure meritoque vindicat doctiſſimus MARQVARD. HERRGOTT in praeſtantiſſima et magnificentiſſima ſua *Principum Auſtriae Numotheca*, ſuperiore capite tertio recenſita; in cuius ad lectorem praefamine celebriorum fere omnium, numos Auſtriae deſcribentium, auctorum notitia critica ob oculos ponitur.]

Inter hos antiquiſſimus eſt IO. IACOBVS LVCKIVS, qui Argentinae 1620. *ſyllogen numismatum elegantiorum*, quae diverſi Impp. Reges, Principes, Comites, Reſpublicae diverſas ob cauſſas ab an. 1500. ad annum usque 1600. cudi fecerunt, concinnatam, et hiſtorica narratione, ſed brevi, illuſtratam, ſuis ſumtibus in fol. typis dedit; quod opus, rarioribus merito accenſendum, plures Auſtriacos complectitur numos.

[Huic

Digitized by Google

[Huic aetate, minime vero praestantia par est OCTAVIVS de STRADA, cuius liber de *vitis Impp. et Caesarum Romanorum, tam occidentalium quam orientalium — a C. Iulio Caesare — ad D. N. Imp. Caes. Matthiam, una cum eorum effigiebus, et symbolis — ex antiquissimis numismatibus — expressis*, Francof. 1615. in fol. cura et impensis filii *Octavii*, publici iuris factus est; in germanicum autem sermonem conversus, ibidem hoc titulo: *Neue Röm. Kaiser-Chronick* 1618. in fol. prodiit, secunda porro editio, ad Ferdinandum II. producta, ibidem 1629. in fol. in lucem data est. Exiguae tamen auctoritatis, ob numos magnam partem suopte ingenio confictos, eruditos inter hic auctor est. (*a*) Vnde quoque perfacile coniici potest, quid de BIRCKENIO sentiendum? dum is numos, editioni FVGGERI a se curatae, insertos, frequenter ex STRADAE opere decerpsit. (*b*)

Eius-

(*a*) [Vid. *Acta erudit.* Lips. supplem. tom. VI. pag. 219.

(*b*) Vid. *Anselmi* BANDVRI *Bibliotb. numaria* n. LIIII. pag. 53. et 54. editionis *Fabricianae*.]

Digitized by Google

Eiusdem commatis eſt IOAN. PALATIVS (*a*) qui inter alia hiſtorica ſua opera *aquilarum* magnifico nomine conſarcinata, Venetiis 1679. in fol. emiſit *Aquilam Auſtriacam*, in qua vitae et elogia Imperatorum ex familia Auſtriaca, ab Alberto II. usque ad Ferdinandi III. obitum, numis, hieroglyphicis, aliisque ornamentis aeri inciſis diſtincta, ſed absque iudicio et hiſtoricae veritatis ſtudio ſcripta continentur.

Longe melioris notae habetur IACOBI a MELLEN *numorum ſylloge*, Lubecae 1698. in 4to. vulgata, quam parte prima, libro ſecundo, C. III. §. IIII. n. VIII. pag. 394. dum de numophylaciis Viennenſibus ageremus, laudavimus.

Iam vero omnes illos, qui non quidem de induſtria, ſed velut in transcurſu ſolum, *numos Auſtriacos* quosdam in lucem protulerunt, in praeſentia

(*a*) [Vid. HENR. BVENAV *comment.* iuris publici de *iure circa rem monet.* in Germania, Lipſ. 1730. in 4to. pag. 68. STRVVII *Bibl. hiſt.* pag. 891. 903. 977.]

Digitized by Google

enumerare longum foret. Hinc praetermittimus Norimbergae decem tomulis in fol. a MELCHIORE KOERNLEIN editum, *Thesaurum numismatum modernorum huius saeculi*, sive numismata mnemonica et iconica, quibus praecipui eventus et res gestae ab anno 1700. ad 1709. illustrantur, figuris aeneis expressa, addita latina et germanica IOACHIMI NEGELEIN interpretatione; cui successerunt posthac *numismata historica anni* 1710. ibidem in fol. procusa: IOAN. DAV. KOEHLERI *historische Münzbelustigung*, Norimb. 1729. — 1765. vol. XXII. in 4to. GOTTF. DEWERDECKS: *Silesiam numismaticam, oder: Einleitung zu dem Schlesischen Münzkabinet*; Lauer 1711. in 4to. IO. HIERON. LOCHNER *Sammlung merkwürdiger Medaillen*; *Nürnberg* 1737. — 44. vol. VIII. in 4to. aliosque, quorum evulgatae *bibliothecae numismaticae* magno numero meminere; et ad reliquos, qui numos solum Austriacos collegerunt, nos convertimus.]

Primus illorum est R. P. LEOPOLDVS GRVBER S. I. qui *numos Augg. Ca-*

Caroli VI et Eliſabethae Chriſtinae, Viennae Auſtriae cuſos, breviter ſed erudite deſcriptos edidit, Vindobonae 1728. in 8vo.

[Alter CAR. GVST. HERAEVS eſt, qui brevem *explicationem numiſmatum* aliquot ex iis, quae in Imp. Caeſ. Caroli VI. hiſtoria numiſmatica, ſucceſſu temporis continuanda aeternitati Auguſti dicantur, Viennae ſ. a. in 4to. et Norimb. 1721. in 8vo. evulgavit.]

Tertio denique loco ponendus cl. CHRYSOST. HANTHALER, cuius opuſculum, *Wieneriſcher Schau- Denk- und Lauf- Münzen*, multas bonae frugis obſervationes continens, parte prima L. II. C. III. §. IIII. n. IIII. pag. 374. exhibuimus.

[Verum hos omnes longiſſimo poſt ſe reliquit intervallo ſereniſſ. Archidux MARIA ANNA, magnae Thereſiae Aug. maior natu filia, quae raro ſane generis ac ſexus ſui exemplo inſigne elucubravit gallica lingua opus, omnes fere ſub Auguſtiſſima matre cuſos numos Auſtriacos mnemonicos aeri inciſos exhibens, et hiſtorice explicans; illudque, tacito nomine ſuo, per cl.

Digitized by Google

P. ADAVCTVM VOIGT e *Scholis Piis*, virum ob praeclara sua scripta, praesertim numismatica, de inclyti Bohemiae regni historia optime meritum, qui serenissimae Archiducis iussu interpretationem quoque adiecit vernaculam, germanica simulque gallica lingua edendum curavit, Viennae 1782. vol. duobus in fol. hac cum epigraphe: *Schau- und Denkmünzen, welche unter der glorwürdigen Regierung der K. K. Maria Theresia geprägt worden sind. Medailles frappées sous le regne glorieux de l' Imp. Reine Marie Therese.* Clauditur pars prior Francisci I. morte: altera ad obitum Mariae Theresiae Aug. perducitur: utraque numos plus minus trecentos complectitur.]

§. IIII.

SCRIPTORES DE PRINCIPVM AVSTRIAE SIGILLIS ET INSIGNIBVS.

[De *sigillis* Austriae Principum, quae *insignibus* longe vetustiora sunt, nemo post

Digitized by Google

poſt PHILIBERTI HVEBERI in *Auſtria ex archivis Mellicenſibus illuſtrata*, alibi iam laudata, egregios conatus, accuratius, maioreque cum ἀκριβείᾳ diſſeruit, quam cl. MARQVARD. HERRGOTT tomo primo *Monumentorum Auguſtae Domus Auſtriacae*, ſupra capite tertio hiſtoriae patriae ſtudioſis impenſe commendato. Ex *octo* vero *diſſertationibus*, quae hoc volumen implent, *prima* de *ſigillis* Marchionum, Ducum, et veterum Archiducum Auſtriae ab Erneſto I. Strenuo, lineae Babenbergenſis, ad Maximilianum I. Aug. usque, ex gente Habsburgo-Auſtriaca agens, praecipue huc referenda eſt. Nam *diſſertationes* reliquae in *inſignibus* Auſtriacis exponendis potiſſimum verſantur. Etenim *ſecunda* de ſcuto veteri Principum Auſtriae tractat; *tertia* de faſcia Auſtriaca, ſeu de ſcuti hodierni origine; *quarta* acceſſiones ad inſignia Auſtriaca, ſervato temporis ordine, percenſet; *quinta* titulos et inſignia Archiducum Auſtriae, qui Belgium regnaque Hiſpaniarum moderabantur, fecialium verbis enunciat, additis eorum ſymbolis heroicis, et lem-

Digitized by Google

matibus epigraphicis; *sexta* insignia Principum Austriae ordinis ecclesiastici, ordinumque equestrium, quos Austriaci Principes vel instituerunt, vel adsumtis illorum signis decorarunt, vel ab aliis conditos sua auctoritate comprobarunt; *septima* de diademate Principum Austriae agit; *octava* denique de veste Ducali, gladio, vexillo, baculo, sive sceptro, globo cruce instructo, horumque usu et ordine in pompis et ritibus publicis.

Vtile operis huius supplementum esse potest egregius rariorque OLIVARII liber, cui titulus: *Sigilla Comitum Flandriae*, Brugis 1639. in fol. typis datus. In eo quippe non solum illa ad amussim explicantur, sed etiam quaevis mutationes a Maximiliano I. ad Philippum IIII. inductae, prolatis plurimis sigillorum exemplaribus, exponuntur.

In GOD. DANIELIS HOFFMANN *vermischten Beobachtungen, aus den Teutschen Staatsgeschichten und Rechten*, Augustae Vindelic. an. 1764. partibus quattuor in 8vo. publici iuris factis, insignes lectuque dignissimae reperiuntur dissertationes, ma-

Digitized by Google

maximam partem huc referendae; videlicet, volumine primo ordine ſexta: *Beweis, daſs der Diplomatiſche Gebrauch der Monogrammaten, unter Friedrich III. noch nicht aufgehöret habe, viel mehr erſt auf das höchſte geſtiegen ſey*; itemque ſeptima: *Das Ende der Monogrammaten unter Kaiſer Maxen I. als der ſie zu erſt beſtändig aus allen Urkunden weggelaſſen*; volumine porro ſecundo ordine prima: *Merkwürdige Veränderung, welche ſich unter Kaiſer Maxen I. mit den Siegeln zugetragen, oder Ende der kaiſerl. Bildniſſen und Anfang des gröſſeren Wappen-Adlers auf den wächſernen Siegeln.* Et haec pauca de ſigillis Principum Auſtriae, quorum etiam inſignibus ſigillatim explicandis nonnulli operam navarunt; ex quibus praecipui ſunt ſequentes:]

IO. PETRVS de LVDEWIG in *Germania Principe* libro primo, capite ſeptimo integro.

[PHIL. IACOB. SPENERVS *operis heraldici* partis ſpecialis, ſeu *hiſtoriae inſignium illuſtrium*, Francof. 1680. in fol. in lucem datae, libro I. cap. 9. ac ceteri omnes rei heraldicae ſcriptores.]

Digitized by Google

Eodem pertinet codex membranaceus maioris formae, qui hodie in tabulario Caesareo Viennae adservatur, imperante Friderico III. scribi pingique coeptus anno 1443. et ad annum 1448. continuatus. Nam priora undecim folia implent insignia varia Austriaca, coloribus expressa, titulisque ac nominibus discreta.

[De scuto seu insignibus solius Austriae GOD. DAN. HOFFMANN mox laudatus, volumine primo egregiam, loco secundo, exhibet dissertationem: *Von dem Anfang der heutigen Oesterreichischen Wappenbinde, (a) und von dem ehemaligen Wap-*

(a) [Ridicula plane est, quam refert IOANN. EBRAN de WILDENBERG in *chronico Bavariae* apud AND. FEL. OEFELIVM *Scriptor. rerum Boicarum* tomo I. pag. 304; de origine fasciae Austriacae opinionem: „ *Der Herzog Leopolt*, scribit ille, *verkert* „ *den alten schild mit denen fünf adlern oder* „ *lerchen, und nam an sich den schild mit der* „ *weissen strassen durch das rot veldt. Ettlich* „ *sprechen der Fürst hab den schild einer schö-* „ *nen Frauen zu lieb angenomen, das er sach* „ *lachen mit ainem rotten mund und backen und* „ *weissen Zänen.* „]

Digitized by Google

Wappenadler der Markgrafen und Herzoge von Oesterreich, aus den ältesten Siegeln.

Sententiam vulgarem, et ab ORTILONIS dubiae fidei narratione originem trahentem, de *quinque alaudis* in veteri Austriae scuto, quam doctissimus auctor in hac dissertatione reiicit, eamdem alii quoque non contemnendis argumentis fulti exploserunt. Atque hos inter eminent: cl. FRANCIS. FERDIN. SCHROETTER in *Versuch einer Oesterreichischen Staatsgeschichte*, pag. 262. — FRAN. CHRISTOPH. a SCHEYR in *Vindobona Romana* a pag. 63. usque ad finem; — et unus instar omnium MARQVARDVS HERRGOTT *monumentorum* tomo I. dissertatione secunda et tertia; cui tamen mox se oppositit cl. HANTHALER erudita, sed inedita, adhuc commentatione elucubrata, tali cum epigraphe: *Dubia contra novam sententiam de utriusque Austriae insignis editam*, quam MS. indicat cl. KAVZ in mox proferendo *Oesterreichischem Wappenschilde* P. II. pag. 14. n. 27.

Verum horum, opinioni quantumcunque stabilitae, minime adquiescendum putavit laudatus cl. KAVZ, sed *alaudas*, pae-

no iam obliteratas, in Austriacis insignibus restaurandas, eumque suis auctoribus acerrime defendendas suscepit, studiose conscripta historico-critica dissertatione: *Ueber den Oesterreichischen erzherzoglichen Wappenschild, mit zween Kupfertafeln. Wien* 1778 in 4to. in qua scutum omnibus Imperii Principibus commune, tam a scuto provinciae, quam a tessera, Principum Austriacorum peculiari propriaque, sollicite distinguit. Et quoniam vir doctissimus brevi facile animadvertebat, eruditos huius solius viribus ad suam sententiam minime adduci posse, alteram, illius magis explicandae et propugnandae caussa, adiecit dissertationem, ibidemque anno 1781 in 4to. publicavit, nova hac in fronte utrinsque posita inscriptione: *Vollständige Aufklärung der Geschichte des Oesterreichischen erzherzoglichen Wappenschildes in zween historischen Abhandlungen. Worinnen sehr viele bisher unbekannte Wahrheiten und Aussichten, besonders in der Geschichte des Durchlauchtigsten Erzhauses, in der Heraldik, und Sphragistik entdecket, und eröfnet werden. Mit einigen Beylagen — und fünf Kupfertafeln.* Quamquam

quam autem neque hac ratione quaesitam summo conatu victoriae palmam consequutus videri posset; tamen in eo vehementer est laudandus, quod multas in operis decursu proferat singulares observationes, quae Heraldicae ac Diplomaticae studiosis, magnae utilitati esse queunt, et luculentum de vasta ceteroquin illius eruditione, uberrimaque harum artium cognitione testimonium ferunt.]

§. V.

SCRIPTORES HISTORICI PRINCIPVM AVSTRIAE MISCELLANEI.

[Miscellaneos scriptores vocamus omnes illos, qui superioribus in classibus commodum nanciscí locum non potuere; quales sunt: PETRI de MONIER rarior in terris nostris liber, Insulis Flandriae anno 1614 editus hoc titulo: *Antiquités Memoires, et Observations remarquables d' epitaphes, obelisques, arcs triumphaux oraisons, histoires, et inscriptions tant anciennes, que modernes, annotées en plusieres villes et endroits, tant de Royaume de France, Duché*

et

Digitized by Google

et Comté de Bourgogne, Savoye, Piedemont, et d' Allemagne; pour l' exaltation de l' Auguste Maison d' Autriche.

FRANCISCI MODII *Pandectae triumphales, pomparum et festorum ac sollemnium apparatuum, conviviorum, spectaculorum, simulacrorum bellicorum equestrium et pedestrium, naumachiarum, ludorum denique omnium nobiliorum, quot hactenus ubique gentium re bello bene gesta, itemque in inaugurationibus, nuptiis, amicis congressibus, aut ingressibus, funeribus postremum Imperatorum, Regum, Principumque edita concelebrataque sunt.* Typis datum est hoc non ubique obvium opus utilissimum Francofurti an. 1586 tomis duobus in fol. multaque historiam Principum Austriacorum particularem, singularesque eventus illustrantia lectoribus offert.

WOLF. HELMHARDI ab HOHBERG poëma heroicum duodecim libris constans: *Der Habsburgische Ottobert*; Leopoldo I Aug. anno 1658 nuncupatum. Multa hic de origine gestisque primorum Habsburgicorum Principum enarrantur, sed poëticis fictionibus atque episodiis a simplice veritate historica detorta. Codex manu exaratus ex-

stat

Digitized by Google

stat in bibliotheca Caesarea inter histor. prof. n. 999. Typis vero datus est Erfordiae a. 1664 in 8vo. c. figg.]

NICOLAI VERNVLAEI *apologia pro Augusta gente Austriaca*, in qua illius magnitudo, imperium, virtus, adversus eius hoc tempore aemulos asseritur. Lovanii 1635 in 4to. Feliciter hoc scripto confutantur ea omnia, quae Austriacae Domui ab hostibus obiici solent.

WIGVLEVS ADOLPHVS GERSDORFF mutuum *studium Habsburgicae* et *Wittikindeae* gentis luculenta oratione declaravit, Wittembergae 1676 in fol. — Eodem pertinet IOANNIS FR. KOEBERI intemerata et constans sereniss. rum *Saxoniae* Ducum et Electorum *fides, in Imperatores et gentem Austriacam.* Gerae. 1688. in fol. — Item: CAR. OTTONIS RECHENBERGII *merita Saxonum* sub auspiciis Marchionum Misniae, *in S. R. I. et Domum Austriacam* ex historiarum monumentis delineata; Lipsiae 1703. in 4to. *Tribus* capitibus opusculum hoc absolvitur; *Primo* de mutua Austriacorum et Saxonum amicitia, et singulari illorum in hos benevolentia agitur; *secundo* et *tertio* merita Domus Saxo-

Saxonicae in Imperium et familiam Austriacam saeculo XV. et XVI. proponuntur, exemplisque erudite illustrantur. — Tum CAROLI ERNESTI L. B. de METSCH orario de *fide Domus Saxonicae* in Domum Austriacam. Dresdae 1731. in 4to. — Denique erudita IOANNIS BVRCH. MENKENII dissertatio de diuturna, et vinculo multiplici confirmata *concordia* utriusque *Domus Saxonicae* et *Austriacae*, primum seorsim publicata, nunc autem inter ceteras eiusdem dissertationes litterarias edita, Lipsiae 1734. in 8vo.

Virulentum multisque calumniis refertum scriptum est: ANONYMI *Querela Cleri* in Polonia, super barbara Austriaci militis insolentia. s. l. an. 1688. in 4to.

Austria triumphans, seu profligatum bellum, quo electio canonica Iosephi Clementis, Bavariae Ducis, in Archiepiscopum Colonienſem defenditur, opera E. M. S. C. M. Q. C. E. V. G. A. I. N. F. 1689. in 4to.

CASPARIS VRSINI *querelae Austriae* ad Germanos de oppressione Turcae. Aug. Vind. 1531. in 4to.

IO.

Digitized by Google

IO. HIERON. IMHOFFII *Relation von der Assistenz Gottes dem Haus Oesterreich wider die Türken. Salzbath* 1684. in 4to.

CHRISTOPH. SCHOENFELS *Vorstellung eines Gesprächs zwischen Kaiser Ferdinand III. und einem vorübergehenden Wandersmann. Wien* 1657. in 4to.

Sonderliche Frage: Ob des Hauses Oesterreichs Fall für der Thür sey? Frankfurt, 1685. in 4to.

Austriaci politici *Unterricht, darinn dargethan wird: dass Teutschland nunmehr nicht ein freyes Wahlreich, sondern einig und allein dem löbl. Haus Oesterreich zuständig sey.* s. l. 1625. in 4to.

Ad praesidia quoque Austriacae historiae referendae sunt *Origines S. Trudperti, S. Blasii, S. Petri,* aliorumque monasteriorum Helvetiae, Sueviae, et Alsatiae. *Tumuli* etiam et conditoria Austriaca inspicienda, [de quibus in MARQVARDI-HERRGOTT Taphographia celsi ac reverend. S. R. I. Princeps MARTIN. GERBERTVS fuse, moreque suo doctissime tractat.

Pertinent autem ad rem sepulchralem Austriacam scripta quoque sequentia:

Digitized by Google

tia: *Nomina et epitaphia eorum ex Aug. Domo Auſtriaca, quorum — corpora — apud P. P. Cappucinos Viennae — ſunt depoſita.* Viennae 1673. in 4to. adiecta explicatione vernacula. — P. ADIVTI Cappucini *Epitaphia ac ſeries annorum natalis et obitus corporum — e Domo Auſtriaca in mauſoleo Caeſareo ſubtus eccleſiam P. P. Cappucinorum Viennae — quieſcentium; — ex originalibus deſumpta — ac codici baptiſmali aulico circa tempus natale penitus conformata.* Vindob. 1763. in fol. — In germanicum ſermonem verſa, et continuata prodierunt ibidem 1768. in 4to. hac cum epigraphe: *Grabſchriften und Sterbjahre der — Monarchen — wie auch übrigen hohen Sproſſen aus dem — Erzhaus von Oeſterreich, welche in der kaiſerl. Grabſtätte — zu Wien — ruhen &c.* — Item: *Verzeichniſs aller Röm. Kaiſer nach ihrem Namen, Vaterlande, Länge der Regierung, Todesart, und Todeszeit, Begräbniſsorten und Lebensjahren bis auf das Jahr* 1769. *fortgeſetzt.* ſ. l. in fol. — IOANNIS SILOS *mauſolea* Rom. Pontificum, Caeſarum, Regumque Auſtriacorum, ſeu ad eorum ſepulchra inſcriptiones. Romae 1670. in 4to. — GEORGII LIZEL *hiſtoriſche Beſchreibung der kaiſerl. Begräbniſs in — Speyer, wie*

ſol-

Digitized by Google

solche in dem Dom daselbst vom Jahre Christi 1030. *bis* 1689. *beschaffen gewesen, und nun — beschaffen ist &c. Speyer* 1751. in 8vo. — Denique commendari meretur egregium GOTTLIEB SLEVOGTII *schediasma de sepulturis Imperatorum, Regum, S. R. I. Electorum in monasteriis et templis*, singulari studio elucubratum, quod Ienae 1722. in 8vo lucem vidit. In hoc quippe, sectionibus praesertim I. II. et XII. supplemento item primo, in quo monasterium et palatium Scorialense describuntur, Austriacorum fere omnium tumulorum loca adcurate indicantur.]

Praeterea non prorsus contemnendi sunt auctores sequentes: WENCESLAI STVRMII *Oesterreichischer Ehren-Cranz.* Viennae 1659. in 4to: — *Anecdotes de Florence*, ou l' histoire de la Maison d' Autriche, a la Haye 1689. in 8vo. — BOSCHII de MONTANDRE *histoire* de la Maison *d' Autriche*, a Paris 1677. in 4to — IOANNIS MICH. BRVTI narratio de Ernesto Archiduce, et *laudibus Austriacorum.* Francof. 1590. in 4to. — [MAVERSBERGER *Vnsterblichkeit des Erzhauses Oesterreich. Brieg* 1675. fol. — IOAN. EHRENFRIEDI ZSCHACKWITZ

Digitized by Google

WITZ *historisch-genealogischer Schauplatz. Lemgo* 1724. in 4to. in quo Domus Austriacae origo, potentia, iura, incrementa aliaque eius generis breviter a pag. 3. ad 65. exponuntur. — IO. FRIDER. METENESII *Sceptrum regale et imperatorium* sereniss. Domus Austriacae. Colon. Agrip. 1619. in 8vo. — IO. GEORGII LAYRIZ de *bellis inter Austriacos et Gallos historia*, Baruthi 1686. in 4to. in qua sigillatim bella eorumque caussae, quae inter Austriaco-Burgundos, Maximilianum I. Carolum V. Ferdinandum I. Maximilianum II. Rudolphum II. Mathiam, Ferdinandum II. et III. ac denique Leopoldum I. et Domus Austriacae internecinos hostes Gallos, ad praesentem usque aetatem gesta sunt, breviter exponuntur. — IO. ROVSSET *histoire memorable des guerres entre les maisons de France, et d' Autriche.* Amstelodami 1748. volum. VI. in 12mo. Cuius quoque compendium prodiit hoc titulo: *Geschichte der Kriege zwischen Frankreich, und dem Hause Oesterreich im Grundrisse, vom Jahre* 1516. *bis* 1748. *herausgegeben, und mit Anmerkungen begleitet von* ROVSSET. *Mietau.* 1770. in 8vo.]

L I-

Digitized by Google

LIBER QVARTVS.

SCRIPTORES HISTORICI AVGVSTAE DOMVS AVSTRIACAE SPECIALES.

SECTIO I.

SCRIPTORES HISTORICI GENTIS BABENBERGICAE, A LEOPOLDO I. ILLVSTRI AD INTERREGNVM AVSTRIACVM.

CAPVT I.

DE LEOPOLDO I. ILLVSTRI.

§. I.

DE VITA ET REBVS GESTIS LEOPOLDI I.

[Paucitas auctorum, qui de primo ſtirpis Babenbergicae Marchione Auſtriae, reliquisque illius ſucceſſoribus quidquam ſpeciatim

Digitized by Google

ad posteros transmiserunt, vel saltim mea plurium eiusmodi scriptorum, ubinam locorum lateant, ignorantia, iusto breviorem hac sectione me esse cogit. Itaque nemo id ferat acerbius velim, si in universa, Marchionum Ducumque Austriae Babenbergicorum, *serie genealogica*, quam fieri poterit, adcuratissime a me exhibenda, bene multa Principum nomina, nullis historicis de ipsis sigillatim tractantibus operibus sociata, in praesenti offenderit. Erit enim fortassis quondam tempus et occasio, ut et istae relictae nunc a me lacunae, a quoquam rei librariae peritiore feliciter expleantur.

Sunt ergo peculiaria, quae quidem novi, scripta de LEOPOLDO I. *Illustri*, sequentia: HIERON. PEZII dissertatio tomo primo S. R. A. praemissa, et iam alibi laudata, qua inquiritur: *quo aerae christianae anno Leopoldus — Austriae Principatum adiverit*? &c. —] MARTINI KROPFFII dissertatio historica *de origine monasterii Mellicensis et in primis de Leopoldo* Illustri *primo Austriae Marchione*, quae sub initium *bibliothecae Mellicensis*, Viennae

nae 1747. in 4to. editae, legitur. — [Clariſſimi demum viri ERASMI FROELICH *tentamen hiſtoricum, quo tempore Leopoldus* Illuſtris *Auſtriae Marchionatum adiverit?* ſupra L. III. c. II. a nobis productum. Qui vero exactiorem huius Marchionis notitiam haurire deſiderat, is cl. CHRYSOST. HANTHALERI *faſtos Campilienſes* propylei elogio primo; et cl. SIGISMVNDI CALLES *annales Auſtriae* P. I. libro quinto, conſulere poteſt.]

§. II.

DE VXORE ET PROLIBVS LEOPOLDI I.

[EX RICHARDA, aliis *Richeza*, *Richinza*, *Richarde*, quattuor filios, unamque filiam *Leopoldus* ſuſcepit. Filii erant:

HENRICVS I. a nonnullis *Senior*, *Fortis armatus*, ab aliis *Rebellis*, ſed perperam dictus, patris ſucceſſor; qui nullas ex coniuge SCHWANHILDE proles ſuſtulit.

Digitized by Google

ADALBERTVS I. *Victoriosus*, a fratris *Henrici I.* morte Austriae Marchio, cui ex ADELHEIDE, aliis *Frowiza*, seu *Froila*, duo filii: LEOPOLDVS II. *Fortis miles* absque ullis ex uxore *Froiza* liberis, vivente adhuc patre Austriae Marchio renunciatus; et ERNESTVS III. *Strenuus*, qui fratre immatura morte sublato, patrem in Austriae principatu sequutus est, et ex coniuge MECHTILDE, aliis *Schwaenhilde* seu *Adelhei[d]*, filiam suscepit IVDITHAM et filium LEOPOLDVM, (a) successorem, de quo capite sequenti.

ERNESTVS I. qui duos ex GISELA filios: ERNESTVM II. et HERMANNVM genuit, sine liberis mortuos.

POP-

(a) [Qui alter *Ernesto* III. filius ADALBERTVS seu *Albertus*, cognomine *Levis* et *Lubricus* dictus, a diversis historicis adscribitur, is merito in dubium vocatur. An autem charta traditionis, quae inter *monumenta Boica* vol. III. pag. 245. num. XXXII. ex tabulario Ranshofano educta, ac circa annum 1070. data, cum hac subscriptione: *Huius traditionis testes exstitere:* ERNEST. *Marchio*, ADALPERO *Marchio* &c. reperitur, eiusdem existentiae suffragari possit? in medio relinquo.]

Digitized by Google

POPPO, Archiepiſcopus Trevirenſis; cuius vitam luculenter deſcriptam dant *geſta Trevirorum*, quae GOLSCHERVM et nonnullos alios monachos, coenobii Trevirenſis S. Mathiae, auctores habent. Edita fuerunt illa a LVCA DACHERIO *Spicilegii* tomo XII. et editionis ſecundae tomo II. a GODEF. GVILIEL. LEIBNITIO *acceſſionum hiſtoricarum* tomo I. ab EDMVNDO MARTENE, et VRSINO DVRAND *veterum ſcriptorum et monumentorum hiſtoricorum* collectione tomo IIII. ac tandem ab AVGVST. CALMET inter probationes nobiliſſimi operis ſui: *Hiſtoire eccleſiaſtique et civile de Lorraine* &c. tomo I. Nec praetereundi CHRISTOPH. BROWERVS et IAC. MASENIVS *antiquitatum et annalium Trevirenſium* tomo I. ubi res geſtae Popponis fuſe exponuntur; ac demum *hagiographi Antwerpienſes* tomo III. menſis Iunii, in proleg. ad 16 eiusdem menſis, inter ſanctos praetermiſſos.

Filia *Leopoldi* I. erat unica CHRISTIANA.]

Digitized by Google

CAPVT II.

DE LEOPOLDO III. PVLCHRO.

§. I.

DE VITA ET REBVS GESTIS LEOPOLDI III.

[Quae de huius fratrisque, verosimiliter conficti, *Adalberti* mutuo eoque violento uxorum incestu, IO. ENNENKELIVS et alii nonnulli eius sequaces auctores in vulgus sparserunt, illa feliciter confutavit cl. HIERON. PEZIVS dissertatione prooemiali S. R. A.

§. II.

DE VXORE ET PROLIBVS LEOPOLDI III.

[Vxor LEOPOLDI fuerat ITHA, filius unicus LEOPOLDVS, de quo capite III. et filiae sex: ELISABETHA, ITHA, HERBIR-

Digitized by Google

BIRGIS, aliis *Heilbirgis*, *Gerbirgis*, *Heilwigis*, *Helluck*, et *Helwig* nuncupata, EVPHEMIA, SOPHIA, et RICHARDA ſeu *Richardis*.]

CAPVT III.

DE LEOPOLDO IIII. PIO.

§. I.

DE VITA ET REBVS GESTIS LEOPOLDI IIII.

[LEOPOLDVS *Pius*, deinceps in ſanctorum numerum relatus, patrem in gubernanda Auſtria excepit. Ad illum ſpectant ſcriptores ſequentes: *Narratio de electione Lotharii Saxoniae Ducis in Roman. Imp.* ex codice Gottwicenſi MS. — *Narratio genealogica poſterorum S. Leopoldi Auſtriae Marchionis*, auctore monacho ordinis Ciſtercienſis, monaſterii S. Crucis in

Digitized by Google

Austria. — FRANC. PATAVI prolixa et gravis *oratio*, de S. Leopoldo, Romae coram senatu ecclesiastico habita, ad Innocentium VIII. P. M. pro eodem sanctorum fastis ritu sollemni adscribendo. — IOAN. FRANC. de PAVINIS *summarium Canonizationis S. Leopoldi*, ex cod. MS. Mellicensi. — INNOCENTII VIII. P. P. *bulla canonizationis* S. Leopoldi; *orationes*, *sequentia*, et *hymnus* de eodem, quae cuncta in H. PEZII S. R. A. volumine primo a col. 567. ad 682. legi possunt; quemadmodum supra L. I. C. I. monuimus.

Nec praetermittenda, quae in IO. CVSPINIANI *Austria*, LAVRENT. SVRII tomo VI. de *sanctis*, CAES. BARONII tomo XII. *annalium eccles. et Martyrologio Romano* ad diem 15. Novembris, MATTHAEI RADERI vol. III. *Bavariae sanctae* aliorumque *hagiographorum* operibus, de sancto hoc Austriae Marchione memoriae prodita sunt.

Dolendum autem, iniuria temporum forte periisse, aut saltem oculos eruditorum effugisse monumenta illa prope omnia biographica de S. Leopol-

Digitized by Google

poldo, ad quae FRANC. PATAVVS in *oratione* mox laudata (*a*) provocat. Quibus accensendus omnino RIKARDVS *canonicus de Newburga*, qui tempo-

(*a*) [En! ipsa PATAVI verba: „ *Singulare monumentum* REGVBERTI (Regumberti) *de probatissima Leopoldi vita, de sanctissimis moribus exstat: nec non* in coenobio Claustriburgensi *vetustus inspicitur codex, in quo Leopoldorum familia summa cum veneratione, et praecipue praesentis Leopoldi natalis dies tenorque vitae legitur.* Et in monasterio Novimontis *altero* MARTINI *codice Praedicatorum ordinis, per temporum digestionem confecto, plurima de Leopoldo commemorantur. Idem testatur* ANDREAS, annalium Christianorum *conditor. Sic et in alio codice* monasterii Noviburgensis *heroico hexametro, et carmine dactylico multa huiusmodi referuntur. Sic et* in coenobio Celinensi *Cisterciensis ordinis liber servatur, in quo miracula inclyti istius viri leguntur.* Idem non praeterit HONORIVS *non vulgaris auctor in monumentis* monasterii Cellae Mariae. „ *Quid referam* de libro temporum, *quem de rebus Austriae* HASELBACH *theologus non mediocris digessit? Quid de vetusto codice nu-*

Digitized by Google

pore S. Marchionis floruit, eiusque vitam ac totam progeniem litteris commendavit. Num haec S. Leopoldi biographia penitus interierit? an vero obscuro quodam loco, apographum saltem illius, nunc delitescat? ignotum est. Felici proinde fato accidit, ut LEOPOLDVS de NEWNBVRGA, qui ordinem Cistercienſem in monasterio Campililienſi anno 1330. se amplexum fuisse profitetur, *excerpta* ex RIKARDI opere nobis reliquerit, quae autographa exstant ad calcem codicis membra-

na-

„ *nuperrime reperto in bibliotheca* Posonienſis „ Praepositi? *cuius locupletissimus testis accedit* „ *reverendissimus Dominus Cardinalis S. Marci,* „ *cui, cum tempore Sixti praedecessoris sanctitatis vestrae legatus Pannoniis praesideret,* „ *Leopoldi vitam eiusque mores integerrimos inspiciendi cura demandata. Quid de* PII II. „ *praedecessoris etiam sanctitatis vestrae summae* „ *doctrinae, veri historiarum auctoris, et vetustarum rerum indagatoris acerrimi,* historia „ de Principibus Austriae, *eo veriore, quo ab* „ *homine ultimae dignitatis, et paene in terris* „ *divinae conscripta dicam? multa ille equidem* „ *de eodem Leopoldo graviter, ornate, et accumulatissime, ut sui moris erat, conscripsit.* „]

Digitized by Google

nacei, saeculo XIII. exarati, bibliothecae Campililienſis, in quo vitae ſanctorum continentur. Detexit illa primus cl. CHRYSOST. HANTHALER (*a*) et non ſolum *faſtis* ſuis *Campililienſibus*, quorum ſuperiore parte prima, merita cum laude meminimus, congruis locis, quibus de rebus S. Marchionis tractandum fuit, inſperſit, verum etiam ad libri primi calcem integra, perpetuoque tenore in *ternione ſcriptorum veterum Auſtriacorum* vulgavit.

In bibliotheca Caeſarea Vindobonenſi exſtat, quemadmodum iam parte prima L. II. C. II. §. I. monuimus, *chronicon Auſtriacum Florianenſe*, a GENTILOTTO commentariis ſuis hiſt. prof. cod. 509. illatum (*b*) in quo filiorum filiarumque S. Leopoldi *ſchema genealogicum* habetur, a *narratione genealogica*, paullo ante laudata, fere nulla in re alia diverſum, quam quod multo correctius ſit exaratum. Multa eius auxilio in hiſtoria

Au-

(*a*) [Teſtante *Campilil. faſtorum* propylaeo pag. 153. elogio VI.

(*b*) LAMBECII *comment.* L. I. pag. 576. edit. KOLLARII.]

Digitized by Google

Auſtriaca emendari poſſe contendit CZERWENKA, *annalium pietatis Auſtriacae* pag. 217.

Elegans carmen heroicum eſt cl. VITI IACOBAEI, de *Divo Leopoldo* Auſtriae Principe panegyricum, Viennae 1560. in 4to. editum, quod univerſam illius vitam complectitur.

Optimae fidei, ſingularisque raritatis eſt reverendiſſimi BALTHASARIS POLZMANNI, Praepoſiti Clauſtroneoburgenſis, *compendium vitae et miraculorum S. Leopoldi*, in archiducali Neuburgenſi monaſterio anno 1591. in 4to. excuſum.

ADAMI SCHARRER, Decani Clauſtroneoburgenſis, *Oeſterreichiſche Marg-Graffen*, in quibus res geſtae Leopoldi Pii fuſe enarrantur, ſupra L. III. C. II, quum de ſcriptoribus hiſtoricis gentis Babenbergicae ſigillatim ageremus, produximus.

AVGVSTINI RISTL, Canon. Clauſtroneoburgenſis, *heilige Hofhaltung Leopoldi*; — *beſchrieben im Jahr* 1736; *welches von deſſen gottſeligen Hinſcheiden — das ſechshunderte*, parte prima L. II. C. II. §. I. recenſuimus.]]

Re-

Digitized by Google

Recentiorum autem facile princeps est Cl. HIERON. PEZIVS, qui *historiam S. Leopoldi, Austriae Marchionis id nominis IIII. cognomento Pii*, ex diplomatibus, chartis donationum, scriptoribus potissimum coaevis, aliisque probatissimis antiquitatum Austriacarum monumentis adornatam Viennae 1747. in fol. typis dedit. Quam R. P. MARTNVS KROPFF in germanicam linguam translatam, et in ordinem magis commodum redactam, nec non variis criticis adnotationibus auctam, Viennae publici iuris fecit 1756. in 4to. hoc titulo: *Leben und Wunderthaten des heiligen Leopold Markgrafen in Oesterreich.*

[Inter *orationes* D. Leopoldi *panegyricas* Viennae, dum natio Austriaca Vniversitatis annua huius sancti tutelaris sui sollemnia (*a*) ageret, haberi solitas, cete-

(*a*) [Ex *conspectu historiae Vniversitatis Viennensis* parte II. pag. 56. intelligimus: anno 1492. primum a facultate Theologica habitum fuisse sermonem ad clerum et Vniversitatem in festo S. Leopoldi, et primum quoque eius anni oratorem fuisse P. IOANNEM FORTER ord. Carmelitarum.]

Digitized by Google

ceterarum, quas omnes enumerare longum foret et iniucundum, typis commissarum, antiquissima, quam quidem novi, illa est: quae anno 15 12. ad clerum et Vniversitatem a venerabili viro Magistro THOMA STRETZINGER, ex Neuburga forensi, dicta, Praepositoque Neuburgae Georgio dedicata, anno Domini 1513. autem nonis Februarii Viennae Austriae per Hiero. Victorem et Ioann. Singrenium in 4to. procusa fuit- Ceterum non praetermittendum est rarissimum illud opus, Viennae 1594. in 4to. editum, quo continentur: 1mo. CASPARIS NEVBECK episcopi Viennensis *neun Predigten von dem Leben und Tugendwandel des heil. Marckg. Leopoldi, gehalten durch neun Jahre zu Klosterneuburg, am Festtag dieses Heiligen, vor gesammter K. K. Hofstatt, von an.* 1585. *bis* 1593. 2do. *Eiusdem oratio* in aede D. Augustini Viennae habita, dum gladius et pileus sacer a Sixto V. P. M. Ernesto Austriae Archiduci mitterentur, et illi ab hoc episcopo sollemniter traderentur; 3tio. *Litterae* quaedam INNOCENTII II. P. M. ad S. Leopoldum, eiusque coniugem,

ac

Digitized by Google

ac filios; 4to. Variae *bullae* Pontificiae et *decreta* de *canonizatione* et cultu S. Leopoldi; 5to. Diversorum auctorum *panegyres* metricae, *hymni*, et *epigrammata* in honorem huius sancti.]

§. II.

DE VXORE ET PROLIBVS LEOPOLDI IIII.

[EX AGNETE uxore unica suscepit proles undeviginti. *Leopoldus*. Harum octo, in tenera aetate mortuarum, et sexus et nomina ignota sunt. Superstites post patrem vixerunt filii sex:

ADALBERTVS II. qui absque ullis ex HATWIGE seu *Hedwige* liberis decessit.

LEOPOLDVS V. *Largus*, patris successor, cui sterile quoque matrimonium cum MARIA.

HENRICVS II. *Iasomirgott* post fratris *Leopolai V.* excessum Austriae primum

Digitized by Google

mum Marchio, tum Dux. (a) Hic GERTRVDE coniuge prima defuncta, duxit alteram THEODORAM, quae illi peperit LEOPOLDVM successorem, de quo capite sequenti, AGNETEM, et HENRICVM III. *de Medlico*; cui ex RICHARDA, aliis *Richeza*, *Reichza*, aut *Reiza* filius unicus HENRICVS IIII. *de Medlico iunior*, sine subole postea mortuus.]

OTTO, Episcopus Frisingensis, cuius *vitae epitomen* exhibet ANGELVS MANRIQVE in *annalibus Cistercienſibus* Lugd. 1642. vol. II. in fol. editis. Summis pariter laudibus res eius gestas celebrat RADEVICVS L. II. C. XI. appendicis ad Ottonis eiusdem clarissimum opus, de Friderico I. Aug. CAROLVS tandem MEICHELBECK in *historia Frisingensi*, graviter solerterque scripta, tomo

(a) [In IOANNIS RASCH opere, parte I. L. II. C. III. §. III. n. V. a nobis laudato, habetur: *Heinrichs Iochsamergott, ersten Hertzogs zu Oesterreich, Stiffters des Schottencloſters in Wienn, annamm, leben, vnd Geschlächt. S. Leopolds Marggrafens in Oesterreich löbliches herkommens. Aus alten geschichtbüchern auffs kürtziſt vnd bewährlichiſt erzehlet.*]

Digitized by Google

mo I. P. I. pag. 315. et ſeqq. praeſulis huius doctiſſimi aeque ac piiſſimi vitam uberrime exponit.

[CONRADVS Epiſcopus primum Pataviënſis, tum Archiepiſcopus Salisburgenſis. Huius acta ſcriptores eccleſiarum iſtarum recenſent univerſi; omnium autem fuſiſſime cl. MARCVS HANSIZIVS *Germaniae ſacrae* volumine primo et ſecundo.

ERNESTVS IIII. qui caelebs obiit.

Filiae *Leopoldi IIII.* fuere quinque ſequentes: BERTHA, AGNES, GERTRVDIS, ELISABETHA, et GVTHA ſeu *Iutha.*]

CAPVT IIII.

DE LEOPOLDO VI. VIRTVOSO.

§. I.

DE VITA ET REBVS GESTIS LEOPOLDI VI.

[Nullus prope ſcriptorum rerum Auſtriacarum iuxtaque Anglicarum exſtat, qui

Digitized by Google

qui iniuriam LEOPOLDO VI. *Virtuoso*, a Richardo Angliae Rege, in expeditione sacra illatam, et eius ultionem vivis coloribus iisque variis non depingeret. Ad illos proinde remittimus eos omnes, qui uberiorem istarum rerum notitiam captare desiderant. Nos pauca dumtaxat scripta de Richardo Rege, a Leopoldo VI. in vincula coniecto, eiusque liberatione agentia, ex THOMAE RYMERI tomo primo praestantissimi operis, cui titulus: *Foedera, conventiones, litterae, et cuiuscunque generis acta publica inter Reges Angliae et alios quosvis — Principes* &c. Londini 1704. in fol. delibabimus; verbis argumentorum singulis, quibus RYMERVS usus est, adcurate retentis.]

Henrici VI. Imperatoris Augusti *rescriptum ad Regem* Franciae, quo summa cum ostentatione praedicat, *Ricardum* Regem *esse captivum.* (*a*)

[*Vetus de Monte* per epistolam suam, *Limpoldo* (*b*) Duci Austriae missam, *purgat*

(*a*) [Dat. apud Rithiencle V. cal. Ian. anno 1192.

(*b*) Pro Leupoldo, Leopoldo.

Digitized by Google

gat Ric. Regem Angliae *de morte Marchiſi de Monte-Ferrato.*] (*c*)

Alienora Angliae Regina, *Papae* (*d*) *opem* miſerabiliter *implorat*, pro liberatione Regis Anglorum Richardi filii ſui. (*e*)

Alienorae Reginae *littera* altera ad *eundem*, eiusdem quoque argumenti. (*f*)

Altera *Alienorae* Reginae ad *Io. Caeleſtinum* Papam de filio Ricardo redimendo *litterae.* (*g*)

Petrus Bleſenſis Moguntinum Archiepiſcopum per veterem in ſcholis olim initam amicitiam *obſecrat*, ut omni ope, cum aliis Imperii Principibus nitatur vinculis eximere Regem Anglorum Ricardum, ab Auſtriae Duce et Imperatore captum. (*b*)

(*c*) Dat. ad caſtellum Meſſiat in dimidio Septembris anno ab Alexandro Papa quinto, 1192.
(*d*) Caeleſtini III.
(*e*) Anno 1193.
(*f*) Anno 1193.
(*g*) Anno 1193.
(*b*) Anno 1193.

Digitized by Google

Epiſtola Richardi Regis Angliae ad *Alienoram* Reginam matrem ſuam, et ad *Juſticiarios* ſuos Angliae. (*i*)

Epiſtola Ricardi Regis Angliae ad *Hubertum* Cantuarienſem Archiepiſcopum, de liberatione ſua (*k*)

Epiſtola Henrici Imperatoris ad *magnates Angliae*, de liberatione Richardi Regis Angliae. (*l*)

Forma compoſitionis inter Henricum Imperatorem, et *Richardum* Regem Angliae, qua, propter ſolutionem 100000. marcarum argenti, praedictus Rex libere a carcere dimittitur. (*m*)

Caeleſtinus Papa *Veronenſi epiſcopo* imperat, quod ſub ſacramenti vinculo Ducem Auſtriae obligaret, omnes Regis Angliae obſides dimittere (*n*)

Innocentius III. Papa nobili viro filio *Duci Auſtriae* imperat: ut pecuniam ab-

la-

(*i*) Dat. apud Fagennou, XIII. cal. Maii 1193.

(*k*) Dat. apud Spiram 22. die Septembris 1193.

(*l*) Dat. apud Thealluſam vigilia beati Thomae Apoſtoli 1193.

(*m*) Anno 1193.

(*n*) Dat. Romae VIII. idus Iunii, 1194; Pontificatus anno IIII.

(o)

Digitized by Google

latam per patrem, Regi Angliae reſtituat. (o)

Innocentii III. litterae Magdeburgenſi Archiepiſcopo, ut Ducem Sueciae (p) inducat Regi Angliae ablatam pecuniam reſtituere. (q)

Et haec ex THOMA RYMERO. Praeterea exſtat dirum carmen, a PETRO BLESENSI, quodam efferveſcentis animi impetu, in Leopoldum Auſtriae Ducem effuſum, quod tomo XXIIII. Bibliothecae SS. Patrum ad epiſtolam PETRI quinquageſimam ſeptimam adiunctum legitur.

§. II.

DE VXORE ET PROLIBVS LEOPOLDI VI.

[*Leopoldus* ex HELENA coniuge reliquit praeter AGNETEM filiam, duos fi-

(o) Dat. Romae III. cal. Iunii, 1198. Pontificatus anno I.

(p) Legendum omnino: *Sueviae.*

(q) Dat. Romae II. cal. Iunii, anno 1198.]

Digitized by Google

filios: FRIDERICVM I. *Catholicum*, successorem suum, qui vero caelebs mortuus est, et LEOPOLDVM, de quo capite V.]

CAPVT V.

DE LEOPOLDO VII. GLORIOSO.

§. I.

DE VITA ET REBVS GESTIS LEOPOLDI VII.

[Qui de LEOPOLDI *Glorioſi*, ad quem, defuncto fratre *Friderico* I. *Catholico*, Auſtriae gubernatio devoluta eſt, actis ſigillatim quidpiam memoriae prodidiſſet, ſcriptorem equidem ſcio nullum. Ex iis autem, qui vitam huius Principis enarrarunt, cl. HANTHALERVS in *faſtis Campililienſibus* absque dubio eminet vel propterea, quod omnem ope-

operam impendiſſe videtur, ut monaſterii ſui fundatoris geſta quam diligentiſſime deſcriberet, et exquiſitis omnis aevi monumentis uberrime illuſtraret.]

§. II.

DE VXORE ET PROLIBVS LEOPOLDI VII.

Non eſt dubitandum, quin doctiſſimi ANTONII STEYERER diſſertatio *de liberis Leopoldi VII.* adhucdum inedita, quam cl. SIGISMVNDVS CALLES *Annalium Auſtriae* T. II. L. IIII. pag. 227. n. A. ad manum ſe habuiſſe confitetur, omne punctum hac in materia relatura eſſet, ſi typis mandata, cum erudito orbe communicaretur.

Erat autem *Leopoldo* coniux unica THEODORA; cuius chartam, qua lumen perpetuum Clauſtroneoburgi ad ſepulchrum filii ſui, in capitulo, quieſcentis, fundavit, ex autographo deſcriptam, evulgavit BERNARDVS PEZIVS *codicis*

Digitized by Google

diplomatici P. II. pag. 77. *Litteras*, quibus viduam Theodoram GREGORIVS VIIII. post obitum mariti consolatur, exhibet cl. HANTHALER *fastorum Campilienſium* tomo I. pag. 741.

[Filios ex THEODORA sustulit *Leopoldus* tres:

LEOPOLDVM VIII. qui infelici ex arbore lapsu puer interiit.

HENRICVM V. *Crudelem*, cui ex AGNETE aliis *Richarda*, coniuge, filia unica GERTRVDIS, dicta *Medlingenſis* vel *Medlicenſis*. Haec post sterile cum *Vladislao* Moraviae Marchione matrimonium, *Hermanno* Marchioni Badensi nupsit, atque ex illo filium FRIDERICVM, deinde Neapoli florente aetate cum *Conradino* Sueviae Duce capite plexum, et AGNETEM filiam genuit. *Hermanno* Badensi mortuo, qui testantibus litteris, apud STEPHANVM BALVZIVM miscellaneorum L. VII. pag. 455. ab INNOCENTIO IIII. summo Pontifice, Wilhelmo Romanorum Regi pro feudis Austriacis obtinendis, commendatus est, GERTRVDIS cum *Romano* Russorum Duce coniugale tertium inivit foedus, sed is uxorem filiola MARIA gravidam, impie

Digitized by Google

pie deſeruit.] Cum AGNETE *Gertrudis* ex *Hermanno* Badenſi filia, eiusque ſecundo marito Comite *Vlrico* Heunburgenſi, Rudolphus I. Auguſtus ob praetenſam ab illis quamdam hereditatis Auſtriacae partem transegit; cuius *conventi acta* exſtant in tabulario Archiducali Graecenſi, ſcrinio 44. faſc. I. num. 15. (unde cl. HERRGOTT *Numothecae* ſuae P. I. pag. 250. illa inſeruit) ſubſcriptaque ſunt et ſignata XI. cal. Novemb. Iudenburgi anno 1279. Eorumdem *actorum ſynopſin* tabularii aulici Viennenſis repertorium pag. 1004. L. 3. exhibet; cl. STEYERER quoque in diſſertatione MS. ad Com. de Wurmbrand *duorum* ea de re *monumentorum*, anno 1281. et 1291. datorum, meminit.

[FRIDERICVM II. denique ſucceſſorem ſuum, de quo deinceps.

Filiae fuere *Leopoldo* VII. quattuor ſequentes: MARGARETHA, AGNES, CONSTANTIA, et GERTRVDIS.]

CA-

Digitized by Google

CAPVT VI.

DE FRIDERICO II. BELLICOSO.

§. I.

DE VITA ET REBVS GESTIS FRIDERICI II.

[FRIDERICVS *Bellicosus*, seniore fratre *Henrico* V. immatura morte e vivis erepto, post patris *Leopoldi* VII. obitum, terrarum Austriacarum gubernacula tenuit.] Famam illius aequo liberius dilaniat PETRVS de VINEIS, in *epistola*, quam Friderici II. Caesaris nomine ad Bohemiae Regem dedit. Exstat illa inter epistolas PETRI L. III. n. 5. editionis Basileensis Iselianae an. 1740. in 8vo. pag. 386. Eamdem notis distinctam inseruit HANTHALERVS *fastorum Campilienſium* tomo I. pag. 832. et seqq. [Iustus contra ea famae illius vindex est PERNOLDVS ex ordine F. F. Praedicatorum, qui ceu scriptor syn-

Digitized by Google

ſynchronus, et *Margarethae*, ſororis FRIDERICI *Bellicoſi*, conſcientiae arbiter, maiorem meretur fidem. Reliquit is breve *chronicon* illius temporis, cuius fragmentum, folium videlicet unicum membraneum maioris formae, columna gemina ſectum, et ſaeculi XIII charactere exaratum, hiſtoriam FRIDERICI et *Margarethae* ſororis ab anno 1230. ad 1267. complectens, HANTHALERVS codici MS. Campililienſis bibliothecae, qui imperfectum *Ioannis Andreae apparatum in ſextum Decretalium* continet, inſertum, feliciter reperit, (a) et ſeiunctim primum propriis locis, deinde etiam integrum tomo primo *faſtorum Campilienſium* exhibuit. Noſtra demum aetate cl. AQVILINVS IVLIVS CAESAR in *annalibus Ducatus Styriae*, ſupra L. I. C. II. §. II. laudatis, volumine II. doctam lectoribus offert *apologiam* FRIDERICI *Bellicoſi*, contra crimina eidem a veteribus et recentioribus impacta.

Cum hoc FRIDERICO ſtirps maſcula Babenbergica Principum Auſtriae in

(a) [Vid. *Campil. faſt.* T. I. pag. 789.

Digitized by Google

in tumulum illata fuit.] Quos in eius, ab Hungaris in praelio ad Leytham die 15. Iunii anno 1246. interfecti, mortem, auctor synchronus *geminos* conscripsit *lessus*, hos HIERON. PEZIVS S. R. A. tomo altero, pag. 398. ex cod. MS. Admontensi evulgavit.

§. II.

DE VXORIBVS FRIDERICI II.

[Ter FRIDERICVS pactos, sed steriles exercuit hymenaeos. Primum cum GERTRVDE Brunswicensi, deinde cum SOPHIA Theodori Lascaris Graeciae Imperatoris, tandemque cum AGNETE Ottonis Meraniae Ducis filia.

GERTRVDEM Domo Brunswicensi ortam fuisse negat IOANNES GEORG. ECCARDVS dissertatione peculiari (*a*) ope

(*a*) [IOAN. HVEBNERVS in *Biblioth. Genealog.* Hamburgi 1729. in 8vo edita, p. m. 423. de huius dissertationis caussa et occasione ita scribit;

Digitized by Google

operose profecto et erudite deducta, Hannoverae 1716. in 4to. edita, hoc titulo: *Widerlegung der gemeinen Meinung, daſs*

bit: „ *Dieſe Pieçe hat dieſer groſse Hi-*
„ *ſtoricus ſchon anno 1716. ausgearbeitet; wel-*
„ *ches eben das Jahr iſt, in welchem die jetzt*
„ *regierende Römiſche Kaiſerinn* (Eliſabetha
„ Chriſtina) *faſt die ganze Chriſtenheit mit*
„ *einem jungen Ertzherzoge erfreuete. Weil*
„ *man nun etliche Jahr vor dieſer Geburt ſich*
„ *immer dieſer üblen Redensart bedienet hatte,*
„ *daſs das Haus Oeſterreich, wie ſchon einmal*
„ *zu* Friderici II. *Zeiten geſchehen wäre, durch*
„ *dieſe Braunſchweigiſche Prinzeſſin zu Grunde*
„ *gehen werde: nahm der Herr Auctor nicht nur*
„ *Gelegenheit über dieſe Geburt zu triumphiren;*
„ *ſondern er bemühete ſich auch durch dieſen*
„ *Tractat der ganzen Welt gleichſam vor Au-*
„ *gen zu legen, daſs auch dasjenige, was man*
„ *von* Friderici II. *Gemahlin* Gertrudis *aus*
„ *dem Hauſe Braunſchweig vorgeben wollte,*
„ *nicht die geringſte Wahrſcheinlichkeit, noch*
„ *viel weniger einen Grund hätte. Er verſi-*
„ *chert alſo — — daſs das alte Haus Oeſter-*
„ *reich keineswegs durch eine Braunſchweigiſche*
„ *Prinzeſſin wäre zu Grunde gegangen.* „ Eadem ECCARDVS ſub initium diſſertationis ſuae refert.]

Digitized by Google

dass Friderich der letzte Herzog des alten Oesterreichischen Hauses eine Braunschweigische Prinzessin zur Gemahlin gehabt habe; quae postea quoque ab eodem *historiae genealogicae Principum Saxoniae superioris*, Lipsiae 1722. in fol. procusae, subiuncta fuit Verum ea iam nunc pro Gertrudis Brunswicensi origine, a viris gravissimis HANTHALERO *fast. Campil.* T. I. pag. 713. et CALLESIO, *Ann. Aust.* T. II. pag. 238. prolata sunt argumenta, quibus nec ipse doctissimus ECCARDVS, si viveret, hodie contrarius esse vellet aut posset.

Ad AGNETEM pertinent *litterae* INNOCENTII IIII. Pontificis, de anno 1248; a BALVZIO *miscellaneorum* L. VII. pag. 450. relatae, quibus licentia legisque venia illi conceditur, post obitum *Friderici* II. a quo dudum repudiata fuit, cum Vdalrico Carinthiae Duce, affinitatis vinculo secum coniuncto, matrimonium ineundi.]

CA-

Digitized by Google

CAPVT VII.

DE INTERREGNO AVSTRIACO.

[*Interregni Auſtriaci* nomine omne illud temporis compello ſpatium, quod ab anno 1246. quo *Friderico* II. Bellicoſum, Ducem Auſtriae ex Babenbergica ſtirpe ultimum, ſine liberis occubuiſſe diximus, usque ad annum 1282. quo Rudolphus I. Aug. filiis ſuis *Alberto* et *Rudolpho* Auſtriacas ditiones, Ottocaro Bohemiae Regi ereptas, in feudum conceſſerat, effluxit. Nullus prope ſcriptorum eſt rerum eius aetatis Germanicarum, et ſigillatim Auſtriacarum, Bohemicarumque, qui non hiſtoriam Auſtriae huius temporis ſeu in transcurſu attingeret, ſeu de induſtria illuſtraret; atque inter hos poſtremi ordinis eminent ex antiquis ac coaevis auctoribus OTTOC. HORNECK *chronicon Auſtriacum* rhythmicum, ab anno 1250. ad 1309. ſumma fide perdu-

Digitized by Google

ctum, et ab HIERON. PEZIO, quemadmodum supra L. I. C. I. indicavimus, tomo tertio *scriptorum rerum Austriacarum* editum; ex recentioribus vero HANTHALERVS *fast. Campil.* tomo I. et CALLESIVS *Annal. Austriae* tomo II. At vero nullus maiore cum apparatu materiam hanc elaborare aggressus est, nullus gloriosius perfecit, quam doctissimus PHIL. IACOBVS LAMBACHER senatus Vindobonensis, dum viveret, a secretis. Hic enim primum Lipsiae 1754. in 4to. publici iuris fecit: *Demonstrationem iuris, seu tituli, quo Imp. Rudolphus Habsburgicus usus est*, cum evectus ad culmen Imperii *ditiones Austriacas* ab Ottocaro Rege Bohemiae, earum tum possessore, *imperio vindicaret*, easque inde in comitiis Aug. Vind. celebratis, anno 1282. filiis suis *Alberto* et *Rudolpho in feudum concederet*. Magno quidem pro meritis plausu ab eruditis haec dissertatio excepta est: attamen non defuere etiam, qui dubia quaedam seu scripto, seu privatim auctori opponerent. Vtrisque satisfeciisse videtur LAMBACHERVS partim schediasmate inscri-

Digitized by Google

ſcripto: *Zwey in den gelehrten Zeitungen von Leipzig, und Göttingen im Monat May* 1755. *vorgekommene Nachrichten und Urtheile über die noch im vorigen Jahre unter folgendem Titul ans Liecht getrettene Schrift:* Demonſtratio iuris ſeu tituli, quo Imp. Rudolphus Habsburgicus &c. *von dem Verfaſſer eben dieſer Schrift beantwortet:* 1755. f. l. in 4to. partim praeclara *diſſertatione* hiſtorico-iuridica *de Imp. Alberti I. expeditione* in Hollandiam, ſuſcepta anno 1300, ad tuenda iura Imperii *adverſus Ioannem de Avennis*, Comitem Hannoniae. Ratisbonae 1758. in 4to. Denique, hortantibus amicis, idem clariſſimus vir plenam ſuisque numeris abſolutam, et quamplurimis monumentis editis partim, partim ineditis firmiter ſtabilitam univerſi Auſtriaci interregni hiſtoriam elucubravit, atque Viennae 1773. in 4to. iuſto vol. in lucem dedit, hac cum epigraphe: *Oeſterreichiſches Interregnum, oder Staatsgeſchichte der Länder Oeſterreich, Steyer, Krain, und der windiſchen Mark, von dem Todesfalle Friedrich des ſtreitbaren, letzten Herzogs von Oeſterreich und Steyer des babenbergiſchen*

Digitized by Google

Geschlechts, bis auf die Einsetzung der neuen Herzoge des Durchläuchtigsten Hauses Habsburg, mit Vrkunden erwiesen und ausgeführet. Lectu dignissima pariter est dissertatio, quam AQVILINVS IVLIVS CAESAR *annalium Ducatus Styriae* tomo secundo subiunxit hac cum epigraphe: *De titulo iuris, quo Rudolphus I. Habsburgicus Aug. Styriam Ottocaro Regi Bohemiae, tum eius possessori, eripuit; et quo idem Alberto I. filio suo eam in comitiis Augustanis an.* 1282. *tradidit.* Alia nonnulla doctorum virorum opuscula, quodam suo modo interregni Austriaci historiam illustrantia, sectione sequenti capite primo, quo de Rudolpho I. Augusto Habsburgico acturi sumus, recensebimus.]

SE-

Digitized by Google

SECTIO II.

SCRIPTORES HISTORICI GENTIS HABSBVRGICAE, A RVDOLPHO I. AVGVSTO, AD PHILIPPVM I. PVLCHRVM.

CAPVT I.

DE RVDOLPHO I. AVGVSTO.

§. I.

DE VITA ET REBVS GESTIS RVDOLPHI I. AVGVSTI.

[Glorioſiſſimi huius Caeſaris geſta ex rerum Germanicarum, et potiſſimum Auſtriacarum, ſcriptoribus ſparſim deliban-

Digitized by Google

da sunt (*a*) propterea, quod quae de optimo hoc Principe, ac felicissimo Germaniae reparatore, singularia scripta in publicam lucem hucusque prolata fuere, infinita eius merita minime exhauriunt. Equidem interea, quae sigillatim de RVDOLPHO I. exstare litteraria monumenta scio, omnia fideliter enumerabo. (*b*)]

Ar-

(*a*) [Supervacaneum esse arbitror, lectores admonere: tam praesentis, quam ceterorum deinceps sequentium, e Domo Austriaca Imperatorum Romanorum vitas, ab omnibus, quotquot sunt, historicis, Imperii Germanici res, atque Caesarum vitas describentibus, expositas esse. Hos vero recensere, nostrum esse ego quidem haud existimo, quoniam illi scriptoribus Austriacis proprie adnumerari non possunt.

(*b*) Eamdem, quam sectione I. superiore, de gentis Babenbergicae Principibus agens, ultro petii, hic pariter similique de caussa exoro veniam; si non pauca Habsburgicorum Principum nomina solitaria deinceps a me proposita fuerint. Omittere videlicet illa nefas esse dúxi, partim ne *series genealogica* Habsburgica, quam duce potissimum

Digitized by Google

Archipraesulis Moguntini WERNHERI gravem *orationem*, pro Rudolpho ad Imperatoriam dignitatem evehendo, exhibet FRANCIS. GVILIMANNVS *Habsburgicorum* L. VI. C. IIII. quam in vernaculum sermonem transtulit IOAN. CHRIST. LVNIGIVS *grosser Herren Reden* tomo V. p. m. 307. — *Acta coronationis* Rudolphi I. exstant apud GOLDASTVM in *politischen Reichshändeln*, et ob numorum, tum primum Aquisgrani coronationis occasione, in vulgus sparsorum historiam, potissimum legi merentur. — Eiusdem sententiae est IO. DAV. KOEHLERVS parte VII. *Historischer Münz-Belustigung*; dum p. m. 393. 430. et sequent. numum mnemonicum Rudolphi describit. — [Quod ENGELBERTVS abbas Admontensis, hortante IOANNE episcopo Chiemensi, a se conscriptum testatur (*a*) carmen heroicum,

mum cl. MARQVARDO HERRGOTT, suis numeris absolutam exhibere constitui, interrumperetur, partim ut supplementis olim addendis, commodus suusque locus esset.]

(*a*) In epistola de studiis ac scriptis suis, a BERN. PEZIO *Thesauro anecdot. noviss.* tomo I. par. I. pag. 427. evulgata.]

Digitized by Google

de *electione Regis Rudolphi*, cuius initium: „ *S lavica, qui tumidi confregit cornua sceptri* &c.„ nusquam lucem vidit, neque ubi locorum lateat, adhucdum detectum fuit: ut proinde vehementer erret CASIMIR. OVDINVS in supplemento Bellarmini de scriptoribus ecclesiasticis pag. 552. aliique eum audacter sequentes, dum asserunt: hoc poëma in quavis fere collectione historicorum Germaniae reperiri.] — Egregia est LVDOVICI FRIDERICI de BEVLWITZ dissertatio de *memorabilibus in electione Rudolphi I.* Goettingae 1750. in 4to. procusa. — [Lectu digniſſima pariter adfert IO. FRID. GRVNER *de electione Rudolphi I. Caesaris Augusti*, in suis opusculis p. 47. et seqq.] — *Rudolphus I. in Romanorum Imp. electus*, variis eloquentiae exercitationibus in monasterio Mellicensi anno 1753. exhibitus, et Viennae in 4to. typis datus, nihil singulare adfert.

[*Laudum concordiae* inter Rudolphum Romanorum, et Ottocarum Bohemiae Regem, datum in castris ante Viennam, die 27. Novembris anno 1276. quamquam a pluribus eruditis publici iuris factum sit; tamen rursus, sed lon-

Digitized by Google

longe emendatius ex tabularii Caeſarei autographo in lucem dedit R. P. ADRIANVS RAVCH e Scholis Piis in *Sammlung einiger bisher ungedruckten, oder aus den Vrſchriften genau gezogenen Vrkunden, zu n dritten Bande Oeſterreichiſcher Geſchichten. Wien.* 1781. in 8vo. — IOACHIMVM MEISTER *carmen* de Rudolpho I. Imperatore ſcripſiſſe, teſtatur CHRIST. GOTTL. IOECHER in *Gelehrten - Lexicon.*

Rudolpho illatam a quibusdam venditae Italiae calumniam, egregie confutat cl. VINCENTIVS BORGHINVS in *Diſcorſo, ſe Fiorenze ricomprò la libertà da Rodolfo I. Imperatore.* Cuius praeclari operis pars prior 1584. et poſterior 1585. Florentiae in 4to emiſſa fuit. — Simili ratione cl. SIMON FRIDERIC. HAHNIVS Rudolphum ab obiecta labe, derelicti Arelatenſis Regni, defendit erudita diſſertatione, Halae Magdeburgicae 1716. in 4to. vulgata, hoc titulo: *De iuſtis Burgundici novi, vel Arelatenſis Regni limitibus, et derelictione eius, Rudolpho I. Habsburgico perperam adſcripta.*]

Digitized by Google

IVSTVS HENR. CALEMBERG dissertatione historico-politica, Erfordiae 1724. in 4to. in lucem prolata, *Rudolphum I. Habsburgicum, tanquam exemplum restauratae reipublicae*, vivis coloribus ob oculos posuit. — CASPARIS DORNAVII *panegyricus* historicus, notis variis marginalibus, regulisque theologicis, ethicis, politicis illustratus, *de Rudolpho Hobsburgico*, anno 1613. et 1677. in 4to. Goerlicii editus, vulgaria solum recenset. — Melior quidem et cultior IO. HENR. BOECLERI dissertatio est, *de Rudolpho Habsburgico Germaniae instauratore*, Argentorati 1672. in 4to. evulgata, et volumini secundo *dissertationum academicarum* pag. 247. inserta; sed testibus, in argumento historico omnino necessariis, destituitur. — NICOLAI VERNVLAEI *Ottocarus Rex*, seu tragoedia de rebellibus contra Rudolphum, prodiit Lovanii 1626. in 8vo. — [GEORGII CALAMINI *Rudolph-Ottocarus*; tragoedia Austriaca nova, Rudolphi I. saeculum et res gestas cum notis historicis continens; itemque eius *Rudolphidos* liber, res Austriadum a Rudolpho I. usque ad II. ex pictura Freydeckiana Baron. Streinii, oculis carmine subii-

Digitized by Google

ſubiiciens, tam inter illius poëmata varia Argentorati 1583. in 12mo. edita, quam ſeiunctim ibidem anno 1594. in 8vo. excuſa, proſtant, lectuque haud indigna ſunt.] Cl. P. ERASMI FROELICH *dialogus, quo diſceptatur: anne Rudolphus Habsburgicus Regi Bohemiae ab obſequiis fuerit, eundemque tentorio lapſili deluſerit?* Viennae 1755. in 4to. publica luce donatus, utrumque factum, firmiſſimis ex argumentis fabulis accenſet, multaque alia refert ſingularia, illorum temporum hiſtoriam illuſtrantia. — IOAN. MICHAELIS HALLWACHS erudita lectuque digna diſſertatio, partem primam *rerum Rudolphi I. Imperatoris* complexa, Tubingae 1736. in 4to. typis commiſſa eſt. — Dialogus, qui exſtat cum epigraphe: *Geſpräch im Reich der Todten, zwiſchen Rudolph dem Erſten, und Kaiſer Karl dem Sechſten, Frankfurt* 1741. in 4to, vulgaria et nonnulla fabuloſa continet.

CASPARI GLOGER *Hiſtorie vom Vrſprung, und Herkommen des Erzhauſes Oeſterreich, nebſt dem Leben Rudolphi I. Glatz* 1676. in 4to. inferioris ordinis eſt. — [Quod Rudolphus expeditionem in terram ſanctam ſuſcipere nollet, a Romano Pontifice

Digitized by Google

tifice sacrorum communione privatus fuisse, nonnullis scriptoribus dicitur. Confutata tamen haec fuit opinio a DOM. ANT. SPIGNAROLO e Dominis de DESSA in erudito tentamine historico *contra vulgatam de Rudolphi I. Habsburgici excommunicatione opinionem*, 1753. in 4to — Egregia plane est, iusque publicum Germaniae eius temporis multum illustrans, dissertatio CAR. FRID. de BEVLWITZ, *de consensu S. R. I. Electorum, ad concedenda Imperii feuda, tempore Rudolphi I. in usum veniente*, quae Francohusiae 1753. in 4to. typis commissa fuit. — Eiusdem commatis est LVD. FRID. de BEVLWITZ, commentatio historica, de *ultima Rudolphi I. cura, ut filius in regno succedat*; eodem loco, anno, et forma procusa. — In OTTOCARI HORNECK *chronico*, ab HIERON. PEZIO vulgato, res Rudolphi I. gestas luculenter describi, iam alibi monuimus. — Insigne peculiaris diligentiae, rerumque historicarum tam veterum, quam recentiorum scientiae monumentum est excellentiss. D. LEOPOLDI Com. de CLARY *Plutarchus redivivus, seu comparatio virorum illustrium Plutarchi methodo scripta*, cuius editio secunda

Digitized by Google

cunda auctior, novaque inedita versione germanica ipsius auctoris ornata, prodiit Pragae 1765. in fol. In hoc autem opere M. Vlpii Traiani et Rudolphi I. Augg. vitae parallelae luculenter describuntur, eruditis commentariis illustrantur, doctorumque virorum testimoniis confirmantur. — His subnecto MAGNI ELLENHARDI (*a*) *chronicon*, ob res, quas complectitur, singulares lectu dignissimum, quo res gestae Rudolphi Habsburgici et Alberti Austriaci, Regum Romanorum, egregie illustrantur. Eruit illud

(*d*) [Ita quidem liber ab editore inscriptus est. At vero tam ex sequentibus pag. 11. verbis: „ *Ab isto loco usque ad finem compilatum est per* „ GOTTFRIDVM *notarium curie Argentinensis dictum de* ENSMINGEN *ad preces* „ *Magni Ellenbardi procuratoris fabrice Argentinensis, et gubernatoris prebendariorum parum* „ *perum sancti Spiritus Argentine;*„ quam ex hac totius opusculi clausula: „ *Hec procurauit scribi* Magnus Ellenhardus *civis argentinensis, ipsi bonor et gloria cum salute;*„ manifeste, opinor, elucet, non MAGNVM ELLENHARDVM, sed GOTTFRIDVM de ENSMINGEN verum istius chronici auctorem esse.

Digitized by Google

illud ex codice membranaceo coaevo saeculi XIII, FRANC. MARTINVS PELZEL, ac Pragae 1777. in 8vo. typis dedit. — Denique singulari studio scripta est: C. L. v. DAVID dissertatio, quae sine loci annive mentione in 4to. lucem vidit, hoc titulo: *Abgeforderte Gedanken über die von Kayser Rudolpho I. seinem Sohn Alberto verliehene Oesterreichische Reichs-Lehen.*

Nusquam vero maximi huius Caesaris vita uberius exponitur, atque *codice* illius *epistolari*, quem post CAIETANVM CENNIVM, qui inter alia *monumenta dominationis Pontificiae* Romae iam annis 1760. et 1761. codices *Carolinum* et *Rudolphinum* chronologia, dissertationibus et notis ornatos, in 4to. ediderat, ex MSS. bibliothecae Caes. Vindobonensis locupletiorem publicavit, ac doctissimo commentario illustravit, celsissimus S. R. I. Princeps MARTINVS GERBERTVS, congregationis San-Blasianae abbas. Praefatio varia istarum epistolarum fata, pluriumque eruditorum, illarum edendarum conatus recenset: tum vero sequuntur *Fasti Rudolphini*, seu rerum gestarum gloria, ex ipsis cum epistolis, tum

aliis

Digitized by Google

aliis antiquis monumentis et scriptoribus, a clarissimo editore summa fide ac diligentia elucubrati: epistolas demum ipsas excipiunt *auctaria diplomatum* (*a*). Excusum est hoc immortale opus typis San-Blasianis 1772. in fol.]

§. II.

DE VXORIBVS ET PROLIBVS RVDOLPHI I. AVGVSTI.

[Quamquam IOAN. CASIMIR. de BLAICHER, qui Constantiae an. 1774. in 4to. publicavit eruditam, monumentorumque fide stabilitam dissertationem: *Beyträgliche Gedanken zu Beleuchtung der Frage: Wie viele Gemahlinnen Kaiser Rudolph I. gehabt, und von was Namen und Stammen dieselbe gewesen?* in eam discessisse senten-

(*a*) [Non optimis ubique documentorum exemplis doctissimum GERBERTVM usum fuisse, cl. KAVZIVS animadvertit.]

Digitized by Google

sententiam videatur; *Rudolpho* unicam fuisse coniugem Annam: tamen nos verosimilius duas illi vxores damus; ANNAM videlicet, quae et *Gertrudis* audit, atque AGNETEM, quam alii *Elisabetham* pariter ac *Isabellam* nominant. Secundum coniugium fuit sterile: ex prima vero coniuge *Anna*, quattuor filii, et sex filiae sunt susceptae. Filii fuere:

ALBERTVS I. successor patris, de quo capite sequenti.

HARTMANNVS, qui caelebs Rheno infeliciter submersus est, destinata iam eidem sponsa IOANNA, Eduardi I. Angliae Regis filia.

CAROLVS infans mortuus, et

RVDOLPHVS II. *Mitis* Dux Austriae, cui filius unicus ex AGNETE, Ottocari Bohemiae Regis filia, IOANNES, quod patruum Albertum I. occiderit, *Parricida* dictus, et caelebs defunctus. (*a*)

Filiae

(*a*) [Praeter hos quattuor, tres adhuc historici quidam Rudolpho I. Aug. adscribunt filios: HARTMANNVM, HERMANNVM et FRIDERICVM, seu, ut quidam volunt alii: RVDOLPHVM, HARTMANNVM, et FRIDERICVM

Digitized by Google

Filiae *Rudolpho* I. Aug. erant: MECHTILDIS,] AGNES, ad cuius historiam illustrandam confert cl. FR. ZOLLMANNI *historische Vntersuchung des Sächsischen gesammten Hauses Wappens, dass dasselbe der Kaiserlichen Prinzessin Agnes, Kaisers Rudolphi I. Tochter Haupt- und Haar-Schmuck sey, welchen ihr Gemahl Herzog und Churfürst Albertus II. von Sachsen, Ihr zu Ehren, auf seine Schild und Wappen gesetzet, aus beygefügten ächten monumentis, medaillen, sigillis und diplomatibus erwiesen. Iena* 1773. in 4to. Quo erudito libello auctor aperte demonstrat, signum illud, quod olim sertum rutaceum habitum est, Agnetis crinale esse, a coniuge Alberto, in eius honorem, tesserae Ascanio-Saxonicae additum. [HEDWIGIS, CATHARINA, CLEMENTIA, & GVTTA. His additur a quibusdam filia septima EVPHEMIA; de qua tamen nihil certi statui potest.]

RICVM in flore aetatis mortuos. Sed quoniam nullis certis documentis iidem demonstrari possunt, eos in ipsa serie genealogica omittendos putavi.]

Digitized by Google

CAPVT II.

DE ALBERTO I. TRIVMPHATORE AVGVSTO.

§. I.

DE VITA ET REBVS GESTIS ALBERTI I. AVGVSTI.

[Ad ALBERTI I. *Triumphatoris*, Caesaris, vitam illustrandam pertinent: CASPARIS DORNAVII *panegyricus* inter reliquas illius orationes, Bethaniae ad Oderam in 4to. editus. — PHILIPPI IACOBI LAMBACHER dissertatio *de Alberti I. expeditione in Hollandiam*, Ratisbonae 1758. in 4to. sub finem sectionis superioris commendata.] — *Confoederatio inter Albertum I. Regem Romanorum, et Philippum Pulchrum Regem Galliae*, cum aliis diplomatibus huc facientibus, in LEIBNITII *C. I. G. diplomatico*, P. I. pag. 40. et seqq. — *Descriptio pugnae Wormatiensis* decretoriae, inter Adolphum Nassovium, et

Digitized by Google

et Albertum Austriacum Romanorum Reges commissae, Vrsellis 1561. evulgata. — IOAN. GEORGII SCHERZII dissertatio de *Imperatoris Adolphi Nassovi depositione*, Argentorati 1711. in 4to. procusa, historiam Alberti I. etiam etiamque illustrans. — [IO. GEORG. LEBR. WILKE dissertatio: *quod Albertus I. legitimo per omnia modo Rex Romanorum fuerit electus*, Lipsiae 1753. in 4to. ex genuinis historiae ac iuris publici Germanici fontibus hausta. — *Litterae* BONIFACII VIII. P.P. de anno 1303, quibus Alberto regium Germaniae Romanorumque sceptrum confirmatur, cum Alberti Aug. *responso* apud WENCESLAVM CZERWENKAM, *annalium pietatis Austriacae* pag. 251. et seqq.] — Denique M. GEORGII LITZEL *Nachricht von Kaiser Albrechts dreymaliger Begräbniss*, in *SAM. WILHELMI OETTER Sammlung verschiedener Nachrichten, aus allen Theilen der historischen Wissenschaften. Erlang* in 8vo.

Digitized by Google

§. II.

DE VXORE ET PROLIBVS ALBERTI I. AVGVSTI.

[*Albertus* ex coniuge ELISABETHA XXI. liberorum pater fuit. Ex his *nouem* in infantia mortui, tam secundum nomen, quam secundum certum sepulturae locum, ignoti prorsus sunt. Reliqui numerantur filii septem:

RVDOLPHVS III, cuius uxor erat BLANCA, ex qua suscepit filium *anonymum*, in cunis mortuum. *Pacta dotalia* habentur in LEIBNITII *cod. iuris gentium* diplomatico P. I. pag. 30. ubi et aliud promissum Caesaris Alberti pag. 39. reperitur: Rudolphum Ducatu Austriae Styriaeque investiendi, illius vero sponsae Comitatum Alsatiae ac terram Friburgi dotis nomine concedendi. *Testamentum* Blancae, quod in cod. memb. R. R. P. P. Conventualium Viennae autographum exstat, cl. MARQVARDVS HERRGOTT, quemadmodum parte I. L. II. C. III. §. III. n. V. pag. 272. indicavimus, *monument. Austr.* tomo I. pag. 221. et

Digitized by Google

et BERNARDVS PEZIVS *cod. diplomat. hiſtor. epiſt.* P. II. pag. 201. exhibent.

FRIDERICVS I. *Pulcher*, ſucceſſor patris, de quo capite ſequenti.

LEOPOLDVS I. *Glorioſus*, qui et alio agnomine *Bellicoſus* ac *Gloria equitum* audit. Vxor illius erat CATHARINA.] Habetur in DVMONT *corps univerſel diplomatique* tomo I. parte I. pag. 356. *Traité du mariage, entre Leopold, Duc d'Autriche, et Catherine de Savoye.* [Ex hoc connubio prognatae ſunt: CATHARINA, de *Cuſſino* ſeu *Cuſſiaco*, a marito primo dicta, et AGNES *Bolconi* ſeu Boleslao II. Swidnicenſi Ducі collocata. Tabularum matrimonialium Agnetis, quarum autographum in tabulario Caeſareo cuſtoditur, excerptum habetur in cl. STEYERERI *comment. hiſt. Alberti II.* pag. 687. pag. vero 695. exhibentur ex eodem tabulario litterae integrae, quibus *Henricus* II. Dux Iavorienſis et Bolconis frater, matrimonium, dotemque ratam habet. Marito mortuo, Agnes ſola gubernacula tenuit ad annum 1392, quo tempore multa Principe digna geſſit; uti elucet ex compluribus diplomatibus, quae cl. FRID.

Digitized by Google

WILH. DE SOMMERSBERG *scriptorum rerum Silesiacarum* tomo primo, Lipsiae 1729. in fol. typis dato, pag. 400. et seqq. tam ex codicibus MSS. quam ex *diplomatario Grissovienſi*, supra L. I. C. I. laudato, in quo ea documenta leguntur integra, cum erudito orbe communicavit.

ALBERTVS II. *Sapiens*, seu *Contractus*, fratris *Friderici I. Pulchri* successor, de quo infra capite IIII.

HENRICVS *Placidus*, cui nullae ex ELISABETHA uxore proles.

MEINHARDVS, infans mortuus.

OTTO *Hilaris*, seu *Iucundus*, quibusdam etiam *Audax* dictus; bis coniugale inivit foedus. ELISABETHA coniux prima duos genuit filios: FRIDERICVM II. et LEOPOLDVM II. immatura morte sublatos: coniux altera ANNA improlis obiit.

Filiae *Alberti I.* erant quinque: ANNA, ELISABETHA, CATHARINA, GVTTA seu IVDITHA, et] AGNES, cuius vitam WENCESLAVS ADALB. CZERWENKA *annalium pietatis Austriacae* pag. 447. et seqq. exhibet, ex codice MS. biblio-

Digitized by Google

bibliothecae quondam domus professae S. I. Viennae, desumtam; [dotem vero, a marito Andrea III. Hungariae Rege constitutam, diploma ex tabulario Seccovienſi excerptum; quod tam in cl. ERASMI FROELICH *diplomatariis sacris Styriae*, saepius laudatis, parte prima pag. 255, quam in cl. MARQVARDI HERRGOTT *Pinacothecae* parte priore, auctarii diplomatum, pag. 2. legi potest. In eadem Pinacotheca pag. 3. diploma habetur aliud, quo *Agnes* pro se et coniuge in monasterio S. Clarae Vindobonae anniversarium fundat.]

CAPVT III.

DE FRIDERICO I. PVLCHRO *AVGVSTO.*

§. I.

DE VITA ET REBVS GESTIS FRIDERICI I. AVGVSTI.

[De FRIDERICO *Pulchro*, qui Habsburgicos inter Principes Austriae *primus*,

Digitized by Google

et Caesares inter *tertius* audit, cl. RAIMVNDI DVELLII eruditus, uti omnia doctissimi viri opera esse solent, liber exstat hoc titulo: *Fridericus Pulcher Austriacus inter Impp. Romano-Germanicos* ADHVC. STAT. Norim. 1733 in 4to. In hoc plurium diplomatum fide, historicorumque auctoritate, Imperatoris nomen et potestas Friderico ad finem vitae adseritur.]

Quod IOANNES FRID. de BAVMANN *voluntarium Imperii consortium* inter Fridericum Austriacum et Ludovicum Bavarum Augg. ex pacto de anno 1325. adstruxit, et Altorfii primum, academicae dissertationis forma 1733. in 4to. deinde autem secundis curis additisque figuris nitidissimis Francofurti 1735. in fol. [magna cum nominis sui commendatione typis dedit, primas profecto reliquorum hac de materia scriptorum tenet. Dividitur autem in partes tres, quarum prior collectanea ex bibliotheca Aug. Caesar. Vindobonensi sistit; altera historiam Friderici comprehendit; tertia denique ex pacto anni 1325. ipsum consortium demonstrat, ob-

Digitized by Google

obiectionesque adverſariorum diſſolvit.]

Verum nihiloſecius voluntarium iſtud conſortium impugnare, fruſtraneo licet conatu, auſus eſt, perſonatus quidam MANSVETVS *Petropolitanus* diſſertatione epiſtolari ad Raimundum Duellium, *qua voluntarium conſortium a Baumanno nuper adſtructum diiudicatur*, Aureliani 1737. in 4to. Cui ſeſe ſtrenue oppoſuit FRANC. DOMINICVS HAEBERLIN diſſertatione alia ad Io. Dav. Koehlerum, *qua Baumanni voluntarium conſortium contra Manſueti Petropolitani obiectiones defenditur*; Suabaci 1738. in 4to. [Huc pariter referenda PHILALETI ALLMANNI epicriſis de *voluntario Ludovici IIII. et Friderici Pulchri Auſtriaci Imperii conſortio* in *Tempe Helvetiae* tom. IIII. ſect. 2. Denique FRID. WIEDERVRG *examen conſortii imperialis inter Ludovicum IIII. Bavarum, et Fridericum Auſtriacum Augg.* Halae 1752. in 4to.

De praelio inter Fridericum et Ludovicum decretorio, anno 1322. commiſſo, brevis ſed adcurata exſtat *narratio* ger-

Digitized by Google

manica ANONYMI, qui eodem tempore vixit, ipsique pugnae praesens interfuisse videtur, apud H. PEZIVM S. R. A. tomo I. col. 1001. a quo ex cod. chartac. MS. Claustroneoburgensi primum eruta fuit.]

Vehementer commendandus est IOANNES GEORG. HERWART ab HOHENBVRG, Bavariae Ducis consiliarius intimus, et ordinum Bavariae cancellarius, qui celebri, at rariore suo opere, Monachii 1618. et 1619. vol. II. in 4to. publici iuris facto, hac cum inscriptione: *Ludovicus IIII. Imp. defensus; Bzovius iniuriarum postulatus, quod eumdem Imp. contra us, fas, aequum, verum in annalibus suis infectatus, gravissimis calumniis onerarit*, ex autographorum documentorum fide optimam historiae utriusque Caesaris partem mirifice illustravit. Hic liber, quamvis Romae decreto publico confixus fuerit, tamen secundum an. 1621. volumine unico in 4to. in lucem datus est, non tamen eo, quo primum chartae typique nitore. *Mantissa* laudati operis, *sive contra Bzovium pars tertia*, Monachii 1619. in 4to. edita, alias materias pertractat, huc non referendas.

Nec

Digitized by Google

Nec reticenda est IOANNIS GEOR. SCHERZII praestans dissertatio *de turbis in Imperio Romano-Germanico ex electione Ludovici Bavari et Friderici Austriaci ortis*, Argentorati 1717. in 4to. emissa.

Testamentum Friderici, cuius autographum membranaceum in carthusia Mauerbacensi a se fundata, nunc vero rursus abolita, depositum fuit, integrum exhibet laudatus I. F. de BAVMANN l. c. pag. 27. et seqq. et in latinum idioma translatum, W. A. CZERWENKA l. c. pag. 349. et seqq.

§. II.

DE VXORE ET PROLIBVS FRIDERICI I. AVGVSTI.

[F]*riderico Pulchro* reiecta priore sponsa ELISABETHA Geldriae Ducis filia, unica coniux fuit ELISABETHA, quamvis LAZIVS *Genealogiae Austriacae* pag. 820. coniugem secundam, CVNEGVN-

DEM

Digitized by Google

DEM Bavaram, alii affingat. *Testamentum* illius, quod in tabulario R.R. P.P. Minorum Conventualium Viennae custoditur, BERN. PEZIVS cod. diplom. epist. P. III. pag. 12. edendum curavit. Ex hoc coniugio natus est FRIDERICVS praecoci morte sublatus, cui alterum adiungit filium LEOPOLDVM LAZIVS, loco mox laudato, sed absque omni fundamento, veterumque testimonio;] et filiae duae: ELISABETHA et ANNA, illa Ioanni Bohemiae Regi desponsata fuit, quod confirmat: *Vertrag zwischen denen Hertzogen Alberto, und Ottone zu Oesterreich an einem, dann König Johannsen in Böhmen am andern Theile, worinnen jene diesem Ihres Brudern des Römischen Königs Friderici Pulchri hinterlassene Prinzessin Tochter Elisabeth zur Gemahlin nebst einer ansehnlichen Heimsteuer versprochen.* d. d. S. Margarethae an. 1332. in LVNIGII *codice Germaniae diplomatico* tomo II. pag. 494. huius, *Annae* videlicet, pacta coniugalia cum Ioanne Henrico, Comite Goritiae, memorantur in collectione MS. P. STEYERERI P. V. ex tabulario Caes. Vien. pag. 998.

C A.

Digitized by Google

CAPVT IIII.

DE ALBERTO II. CONTRACTO SEV SAPIENTE.

§. I.

DE VITA ET REBVS GESTIS ALBERTI II.

[*Friderico Pulchro* absque herede masculo vita functo, frater ALBERTVS II. *Sapiens*, qui et *Contractus* dicitur, successit.] ANTONIVS STEYERER vir in historia patria doctissimus, ad quem iam saepenumero provocavimus, *commentarios pro historia Alberti II. Ducis Austriae, cognomento Sapientis*, multo ingenii et lectionis adparatu scripsit, atque Lipsiae 1725. in fol. c. figg. emisit. Commentarii priore libri parte exhibentur, et capitibus VII. foliis paucis, absolvuntur. Additiones tamen maioris molis,

Digitized by Google

lis, uti et laboris sunt. [Nam perbreves commentarios illae non illustrant solum, sed et sexcenta documenta, magnam partem inedita, observationesque criticas complectuntur, in quibus tota Alberti progenies, et res gestae mirum, quantum explicantur; atque universa, quae de hac materia dici possunt, exhausta esse videntur.]

§. II.

DE VXORE ET PROLIBVS ALBERTI II.

[Ex uxore IOANNA, *Albertus* filios quattuor, duasque filias sustulit. Filii erant:

RVDOLPHVS IIII. *Fundator*, aliis *Magnanimus*, successor patris, qui primus *Archiducis* titulo usus est, qua praerogativa nonnulli quoque alii successorum nomina sua decorarunt, usque ad Maximiliani I. tempora, a cuius aetate univer-

Digitized by Google

versi de Austriacorum Principum familia, Archiduces sunt appellati. Rudolphi connubium cum CATHARINA fuit sterile. Diplomata hoc matrimonium confirmantia exstant non solum in FRID. WILH. de SOMMERSBERG *Silesiacarum rerum scriptoribus* tom. I. pag. 997. et seqq. verum etiam in recensito paulo ante cl STEYERERI opere pag. 554. et seqq.

FRIDERICVS III. *Liberalis*, qui iuvenis admodum ad coelos evolavit.

ALBERTVS III. *Cum trica*, de quo capite sequenti, post fratris *Rudolphi IIII.* obitum Austriae imperans.]

LEOPOLDVS III. *Probus. Catalogus germanicus* Comitum, Baronum, et nobilium, qui cum Duce Leopoldo Probo occubuerunt apud *Sempachum*, in praelio contra Helvetios, anno 1386. exstat in bibliothecae Caesareae codice MS. teste LAMBECIO *comment.* L. II. pag. edit. Kollar. 883. Destinatam illi primum fuisse sponsam CATHARINAM Meinhardi VII. Goritiae Comitis filiam, patet ex apographo contractus matrimonii, quod habetur in *repertorio Austriaco* parte II. fol. 588. aliaque

Digitized by Google

que praeterea charta Rudolphi IIII. fratris, de petenda suis sumtibus a Pontifice dispensatione, ut Leopoldo ducere liceret Catharinam. Verum ad coniugium deventum non est, Leopoldo VIRIDEM seu VIRIDAM, Bernabonis, Barnabonis seu Barnabae, Mediolani Principis, filiam ducente. Chartae, quibus coniugium hoc illustratur, exstant in tabulario Caesareo Viennensi sequentes: *prima*: qua Barnabo ad nuptialia pacta condenda legatum mittit Stephanum de Mutina doctorem 1364. X. cal. Aug. *secunda*: qua pacta ipsa explicantur, scripta in castro Pandin anno eodem cal. Octobris; *tertia*: qua Rudolphus IIII., Albertus III. ac Leopoldus III. Viridae complures agros dotales in Carniolia tradunt, anno 1365. VI. cal. Maii; *quarta* fidem facit, sponsos sollemni ritu in palatio Barnabonis manus iunxisse, anno 1366. VIII. cal. Martii. [Ex foecundo hoc coniugio nati sunt quattuor filii: WILHELMVS *Ambitiosus*, aliis *Aulicus* et *Affabilis*; LEOPOLDVS IIII. *Crassus*, seu *Superbus*; ERNESTVS I. *Ferreus*, et FRIDERICVS IIII.

Digitized by Google

IIII. *Senior* cum *vacua pera* dictus; filia autem unica] ELISABETHA ſponſa Henrici IIII. Goritiae Comitis, quod patet ex *Repertorio Auſtriaco* P. II. pag. 590, in quo legitur: *Tractatio de coniugio a Duce Leopoldo de Auſtria, propoſita inter filiam ſuam Eliſabetham et Comitem Henricum de Goerz*, anno 1382; et pag. 587: *Dotis aſſignatio ad Portenau*; cui ſimile documentum exſtat pag. 592, in quo additur: *Poſtquam Eliſabetha aetatem nuptiis maturam attigerit*. [Sunt qui *Leopoldo Probo* duas alias attribuunt filias: MARGARETHAM et CATHARINAM, ſed nulla prorſus veri ſpecie. Quod ad *Leopoldi Probi* filios attinet: WILHELMO ex coniuge IOANNA nulli fuere liberi. HEDWIGEM, Ludovici I. Hungariae Regis filiam, ei primum ſponſam deſtinatam fuiſſe confirmant binae Leopoldi *chartae*, quas FVGGERVS in *Spiegel der Ehren* pag. 351. et 363. integras edidit, *pacta dotalia* continentes. Prima earum data eſt Erenbergi 18. Auguſti anno 1374, altera Budae 29. Iulii anno 1387. LEOPOLDVS IIII. cum uxore CATHARINA ſterili connubio iunctus fuit. ERNESTVS I. bis foedus coniugale inivit; primum cum MARGARETHA,

Digitized by Google

hacque sine liberis demortua, secundum cum CIMBVRGA, ex qua quinque filios, filiasque quattuor sustulit. Filii fuere: RVDOLPHVS, et LEOPOLDVS in infantia defuncti, ERNESTVS, qui caelebs post patrem excessit, FRIDERICVS V. *Placidus*, de quo infra capite VIII; et ALBERTVS VI. *Prodigus*, cui Mechtildis uxor nullos genuit liberos; Filiae Ernesti erant: MARGARETHA,] cuius uti et liberorum historiam, WILHELMVS ERNESTVS TENZELIVS singulari libro, Gothae 1700. in 12mo. vulgato, exposuit, hoc titulo: *Der Sächsischen, und anderer Chur- und Fürstlichen auch Kayser- und Königlichen Häuser glückseligsten Stammen-Mutter, Frauen Margarethen, Churfürstinn zu Sachsen, gebohrner Erzherzoginn zu Oesterreich wahrhaftiger Todestag* &c. Vbi ex felicissimo *Margarethae* cum *Friderico Placido* Saxoniae Electore connubio, maximorum Europae Principum familias originem suam trahere demonstrat, verumque diem emortualem illius, 12. Februarii anni 1486, indicat. [Recusus est hic libellus a DANIELE WILHELM. TRILLER ad calcem *des Sächsischen Prinzenraub. Frankfurt* 1743. in 8vo.] Alia pari-

Digitized by Google

pariter proſtat CHRIST. GOTTHOLDI WILISCHII praeclara, authenticisque documentis firmata diſſertatio: *De Margaretha Auſtriaca — e veteri memoria recenſita* &c. Lipſiae 1719. in 4to. CATHARINA, ad cuius hiſtoriam pertinet: *Recenſio deductionis nuptialis Archiduciſſae Catharinae, filiae Archiducis Erneſti Ferrei, et ſororis Imp. Friderici V. ad ſponſum ſuum Carolum Marchionem Badenſem*; cuius principium hoc eſt: „ *Desgleichen hat auch Kö-* „ *nig Fridrich ſeine Schweſter Iunckfrau Ca-* „ *tharina Marckgraff Iacobs Sohn von Baden* „ *und zu Spanheim verheuratet* &c. „ Item: *Deſignatio collectae dotalis per Styriam, Carinthiam, et Carniolam propter iam memoratas Archiduciſſae Catharinae nuptias.* Titulus eius hic eſt: „ *Vermerckt den Anſchlag der* „ *Steuer zu Iunckfrau Catharina, unſers* „ *gnädigen Königs Fridrich Schweſter, als* „ *ſy* &c. „ Praeterea: *Iacobi Marchionis Badenſis diploma dotale germanicum, ad easdem iam memoratas filii ipſius Marchionis Caroli nuptias pertinens.* Quae ſingula, teſte LAMBECIO comment. L. II. edit Kollarianae pag. 878. et 879, in bibliotheca Caeſarea Vindobonenſi cod. MS. adſervantur. ANNA denique et ALEXANDRA,

Digitized by Google

quibus nonnulli praeeunte LAZIO, *Genealog. Austr.* p. 266. quintam adiungunt filiam ELISABETHAM, sed absque omni fundamento. Vltimus *Leopoldi* III. filius FRIDERICVS IIII. fuit. [Ad huius calamitosa facta sunt referenda: *Versicherungsbrief von Sigismundo Röm. Kayser, den Städten, und Landen Zürch, Bern, Lusern, Vry, Schwitz, Vnderwalden, Zug, und Glaris ertheilt, wegen der Bekriegung Friderici Hertzogs zu Oesterreich, und Zurückbehaltung dessen von ihnen eroberten Landen in Aergau*; in MICHAELIS STETTLER *annalibus I. Bb. III. Buch*, et in DVMONT *Corps diplom.* tomo II. parte II. pag. 26; tum *litterae Friderici*, quibus se Sigismundo Caesari submisit, quas exhibet *collectio Regia conciliorum* tomo XXVIIII. pag. 303, et alcera PHILIPPI LABBEI *conciliorum collectio* tomo XII. pag. 51. Videatur etiam HERMANNI VAN DER HARDT *magnum oecumenicum Constantiense concilium*, Francof. 1700. vol. VI. in fol. emissum. [Vxores, ut nihil de ZILIOLA destinata primum illi, puero adhuc tenello, sponsa memorem, duas duxit *Fridericus*: ELISABETHAM, cum filia ELISABETHA in puerperio mortuam, et ANNAM; ex

qua

qua genuit MARGARITHAM, et HEDWIGEM filias, WOLFGANGVM paucis annis superstitem, et SIGISMVNDVM *Divitem* nominatum. Hic a prima coniuge ELEONORA, nam RADEGVNDIS, dudum promissa sponsa, ad plures abiit, filium unicum WOLFGANGVM tulit, in cunis defunctum. Matrimonium secundum cum CATHARINA fuit sterile. De sponsalibus cum *Radegunde duo* exstant *diplomata*, unum Caroli VII. Galliarum Regis, datum Senonis die 15. Septembris 1430; alterum Friderici IIII. patris, datum Oeniponti die 19. Decembris 1436, apud DIDACVM de LEQVILE parte III. pag. 242 et 248. Videatur quoque LEIBNITIVS *cod. iur. gent.* tom. I. n. CXXXX. pag. 349. et DVMONT *Corps diplomat.* tomo II. P. II. pag. 228. 321. et seqq. Coniugium cum *Eleonora* spectat utrumque *Sigismundi* diploma, a laudato LEQVILE pag. 249. et seqq. exhibitum. Plura eius generis documenta inveniuntur in HERRGOTT *Pinacotheca*, tomo I. auctario diplomatum, pag. 25. et seqq. *Liberi naturales* Sigismundo fuere complures; quattuor mares, secundum GVILLIMANNVM, et feminae septem,

Digitized by Google

scilicet; CLEMENS a *Greiffenstein*, SIGISMVNDVS *Liber*, cognomento *Dux*, IOANNES *Verrenstein*, et LVDOVICVS; VRSVLA, ELISABETHA, MARGARITHA, CHRISTINA, CAECILIA MARGARITHA, ANNA, et altera MARGARITHA. Quod de alio, eodemque quinto *Sigismundi* filio naturali, RVDOLPHO de *Innspruck* dicto, narrat PLACIDVS HERZOG in *Cosmographia Franciscana*, illud ad quemdam ex dictis reliquis *Sigismundi* filiis referendum existimo, qui mutato, secundum receptum inter plerosque religiosos morem, nomine, ordini S. Francisci adscribi voluit.] De *Sigismundi* rebus gestis porro agunt scripta sequentia: VENTVRAE de PERVSIO epistola, *de adventu honorabilissimi Ducis Sigismundi Austriae, ad Constantiam civitatem Alemaniae*, in MARQVARDI FREHERI *Script. rerum German.* Francofurti primum, postea, curante B. G. STRVVIO, longe emendatius auctiusque Argentorati 1717. volum. III. in fol. typis datis, tomo II. ubi et geminae PII II. P. P. adiunctae sunt *epistolae* de Helvetarum cum Sigismundo dissensionibus. CONRADI WENGERI de *bello inter Venetos*, *et Sigismundum Austriae Ducem*

gesto

Digitized by Google

geſto commentarius, qui Baſileae 1544. in 8vo, et Argentorati 1717. in fol. prodiit, atque a STRVVIO laudatae Freherianae collectioni S R. G. tomo II. inſertus eſt. Scripta demum ob controverſiam Brixinenſem evulgata, GOLDASTVS tomo II. *Monarchiae S. R. I.* exhibet hoc titulo: *A Pii Papae II. excommunicatione iniuſta, Sigismundi Ducis Auſtriae, Comitis Tirolis, et Gregorii de Heimburg D. appellationes et contradictiones.* [Eadem habentur in FREHERI S. R G. tomo ſecundo, hac cum inſcriptione: *Sigismundi Ducis Auſtriae, appellatio a cenſura Pii Papae II.* item: *Gregorii Heimburg D. appellatio ab eodem ad concilium futurum, et ad crimina obiecta reſponſio.*] Cum his coniungenda *brevis* ſed pererudita *narratio* IOANNIS BALLENSTADII Helmſtadii 1737. evulgata, de vita et excommunicatione D. Gregorii de Heimburg. Videatur quoque IOAN. GOTTL. HORNII pars IIII. *nützlicher Sammlungen einer hiſtoriſchen Handbibliotheck von Sachſen*; et LAVRENTII FRIESE *chronicon Würceburgenſe.* Quam HENRICVS GVNDELFINGIVS *Sigismundi vitam* in hiſtoria Auſtriaca ſua de-

Digitized by Google

scripsit, eam PETRVS LAMBECIVS commentariis suis ornatam, L. II. cap. VI. de bibliotheca Caesarea a pag. 465. inseruit; KOLLARIVS vero *analectorum* tomo I. pag. 792. recudendam curavit. Perenne tandem singularis eruditionis *Sigismundi* monumentum est, quod is per VLRICVM MOLITORIS, *dialogi* forma, publica luce donatum voluit. [Titulus dialogi est: *De lamiis et phitonicis mulieribus, teutonice: Vnholden, vel Hexen*, illiusque prima editio sine loco et anno in 4to. prodiit; quam aliae plures sequutae sunt, videlicet: Parisina 1561. in 8vo. Francofurtensis germanica, ex versione CONRADI LAVTERBACHII cum LAMB. DANAEI *dialogo de Veneficis* 1576. in 8vo. Colonienſis, addito IAC. VALLICHII libello 1576. et 1595. in 8vo. Recusus pariter est hic dialogus in collectione tractatuum, *Malleo maleficarum* adiunctorum, Lugd. 1669. in 4to.] De obitu tandem *Sigismundi* IACOBVS LOCHER *naenias* scripsisse dicitur a SAMVELE ENGEL in *bibliotheca selectissima* p. m. 24.

[Iam nunc filiabus *Alberti II.* recensendis locus est. Fuerunt autem CATHARINA et MARGARITHA; de utraque

Digitized by Google

que monumenta bene multa, ex tabulariis protracta, inveniuntur in cl. STEYERERI *comment. pro Alberto II.* Sunt vero nonnulli, qui tertiam *Alberto* filiam AGNETEM tribuunt. Sed haec opinio a cl. STEYERERO validissimis argumentis, libro mox laudato, confutatur.]

CAPVT V.

DE ALBERTO III. CVM TRICA.

§. I.

DE VITA ET REBVS GESTIS ALBERTI III.

[In *chronico* germanico Austriaco MATTHAEI cuiusdam vel GREGORII HAGENI, quod cl. HIER. PEZIVS S. R. A. tomo primo exhibet, mentio fit cuiusdam *epistolae*, quam se latino sermone de ALBERTI III. *cum trica*, qui post *Rudolphi* IIII. fratris excessum Austriam

Digitized by Google

cum principatu tenuit, *obitu et sepultura* scripsisse auctor adserit. Sed lucem, opinor, publicam illa nondum vidit.] *Chartularium* Alberti III. et Leopoldi fratrum Ducum Austriae, a cl. HENRIC. CHRIST. SENCKENBERGIO editum, supra L. I. C. II. §. I. indicavimus.

§. II.

DE VXORIBVS ET FILIO ALBERTI III.

[Prima *Alberti* coniux ELISABETHA sterilis fuit, secunda: BEATRIX, filium unicum, quamquam LEQVILE, GANSIVSque sine auctoritate unam praeterea illi affingant filiam, in lucem edidit ALBERTVM IIII. *Mirabilia mundi*, et *Patientem* nominatum, atque Alberti III. patris in Austriae dominatu successorem. Hic cum IOANNA matrimonio iunctus, MARGARITHAM genuit et ALBERTVM V. de quo capite sequenti.]

C A-

Digitized by Google

CAPVT VI.

DE ALBERTO V. HONORIFICO, *AVGVSTO.*

§. I.

DE VITA ET REBVS GESTIS ALBERTI V. AVGVSTI.

[ALBERTVS *Honorificus*, qui in Habsburgicis Ducibus, *quinti*, in Caeſaribus autem, *ſecundi* nomine compellatur, poſt *Albertum* III. patrem Auſtriae cum imperio praefuit. De illius in Regem Hungariae electione agit cod. MS. monaſterii Mellicenſis chartac. in 4to. R. 30. continens *leges, conſuetudines, et libertates antiquas regni Hungariae, in quibus Dominus novus Rex Albertus promiſit ipſum regnum conſervare, dans ſuper his ipſis regnicolis litteras, ſigillis ſuis ducalibus, conſiliariorumque ſuorum, infra ſcripterum appenden-*

Digitized by Google

dentibus, in eorum fidem et testimonium. Ex hoc etiam codice, manu MARTINI de SENGING Mellicensis coaevi scripto, sumsit, *codicique* suo *diplomatico* parte III. pag. 228. et seqq. inseruit BERNARD. PEZIVS *ritum benedicendi et coronandi Reges Hungariae, qui obtinuit, dum Albertus V. Dux Austriae in Regem Hungariae coronaretur.*] Imperii Romani Electores, cognita Sigismundi Caesaris morte, *Albertum* ob magnam de eo conceptam spem, Francofurti Romanorum Regem dicunt. *Instrumentum electionis* extat in MVELLERI *Reichstags Theatro* parte I. cap. I. pag. 2. — *Acta electionis Alberti Austriaci* leguntur in GEORG. CHRIST. IOANNIS *rerum Moguntiacarum scriptoribus* tomo I. L. V. pag 751. — [*Decretum electionis* huius, ex supra dicto codice Mellicensi extractum, unacum *consensu Alberti* in illam electionem, extat apud B. PEZIVM l. c. pag. 235. et 236.] quo in libro pag. 232. et seqq. pariter legitur, ex codice Gemnicensi, BARTHOLOMAEI de VICECOMITIBVS, episcopi Novariensis, *epistola ad Albertum* hortatoria, ut oblatum Imperii

rii Romani regimen alacriter ſuſcipiat. Singularia continet ANONYMI aequalis *hiſtoria de morte et eventibus felicis recordationis quondam illuſtriſſimi Principis D. Alberti Romanorum, Vngariae, Bohemiae &c. Regis*; *nec non Auſtriae, Styriae &c. Ducis, Marchionis Moraviae*, quam H. PEZIVS ex codice MS. Mellicenſi primum vulgavit, S. R. A. tomo II. pag. 675. *Deſcriptionem exſequiarum* germanicam Imp. *Alberti II.* inveniri in bibliotheca Caeſarea teſtatum facit LAMBECIVS *Commentar.* L. II. pag. 878. edit. Kollarii. Quaedam de *Alberto* notitia hiſtorica, illiusque *epitaphium* habetur apud PEZIVM S. R. A. pag. 461.

§. II.

DE VXORE ET PROLIBVS ALBERTI V. AVGVSTI.

[Ex *Alberto*, et coniuge ELISABETHA, cuius *epicedium* in ANONYMI Mellicenſis *chronico Auſtriae* apud H. PEZIVM

S.

Digitized by Google

S. R. A. tomo II. pag. 462. habetur, duo filii, totidemque filiae sunt prognatae.] De matrimonio isto *relatio* apud LAMBECIVM *Comment.* L. II. C. 8. indicatur. *Dispensationem* ab Eugenio III. Papa obtentam, in tabulario Caesareo exstare, memorat cl. STEYERER *comment.* Alberti II. addit. pag. 606. Ex filiis primogenitus GEORGIVS infans mortuus est, de altero LADISLAO *Posthumo*, paternarum ditionum herede, capite sequenti tractabitur.

Filiarum prima ANNA Wilhelmi III. Saxoniae Electori consors fuit. In cod. MS bibliothecae Vindobonensis Palatinae, LAMBECIO teste *comment.* L. II. p. 878. edit. Kollar. legitur: *Recensio deductionis nuptiarum Archiducissae* Annae *Imperat.* Alberti II. *filiae, ad sponsum suum Wilhelmum Ducem Saxoniae*, cuius principium: „ *Vermerckt wie man mein lunge Frauen lunckfrauen Andlen, König Albrechts Tochter zu Hertzog Wilhelmen von Sachsen Iren Mann, auſz dem Haus von Oesterreich gefertiget hat. &c.* IOANNES IOACH. MVELLERVS singularem evulgavit observationem *von der Vermählung zwischen*

Digitized by Google

ſchen Herzog Wilhelmi III. zu Sachſen, und Kaiſers Alberti II. Tochter; in *entdecktem Staats-Cabinet IIII. Oefnung* cap. VII. pag. 197. — 292. Cauſſae repudii leguntur in GEORGII. MELCH. de LVDOLFF tractatu nomico-politico, *de iure feminarum illuſtrium*, Ienae 1734. in fol. edito P. I. append. pag. 5. De filia ſecunda Alberti V. ELISABETHA, VLADISLAVS TVRLAY in *corona auſtrali in polo Poloniae*, ſupra L. III. C. III. laudata, pag. 51. et ſeqq. agit; cui addatur VESPASIANVS KOCHOWSKI, qui Reginarum Auſtriacarum Poloniae *elogia* ſcripſit, evulgavitque Cracoviae 1672. in 4to. Quod doctrinae ſuae monumentum reliquit *Eliſabetha*, opuſculum *de eruditione regii pueri* ſcribendo; illud in bibliotheca Caeſarea cuſtodiri MS. tradit CHRIST. FRANC. PAVLLINI in *hoch-und wohlgelehrtem Frauenzimmer. Frankfurt.* 1712. in 8vo. p. m. 57.

Digitized by Google

CAPVT VII.

DE LADISLAO POSTHVMO.

§. I.

DE VITA ET REBVS GESTIS LADISLAI.

LADISLAI *Posthumi* historiam, praeter ceteros Hungaricas Bohemicasque res universas de industria enarrantes auctores, illustrant scripta sequentia: *Oratio*, quam is anno 1452. ad Papam Nicolaum V. Romae habuit, inter orationes ab ALBERTO de EYB collectas, ordine quarta. — IOANNIS de CASTILIO episcopi Papiensis et apostolicae sedis legati *Oratio* ad Ladislaum Regem Boh. et Hung. exhortatoria, ad bellum in Turcas, cum IOANNIS Waradiensis episcopi *epistola*, qua respondetur ad eam orationem, nomineque Ladislai omnis opera adversus Tur-

cas

Digitized by Google

cas Pontifici addicitur, in bibliotheca Mellicensi cod. MS. chartac. in 4to. — Ibidem cod. MS. chartac. in 8vo adservatur IOANNIS de HVNIAD *epistola* ad Ladislaum de obsidione castri Nandoralbensis. — Alio autem codice chart. MS. in 4to. continetur IOANNIS de HVNIAD *salvus conductus*, Hungariae Austriaeque legatis ad Rom. Pontificem anno 1452. Ladislaum Regem ex potestate *Friderici* Imp. vindicaturis, datus, cum memoriali eorum, quae Pontifici in hac causa proponerent. Subiungitur *oratio* legatorum ad Pontificem contra *Fridericum* Caesarem. — *Litterae*, cum quibus *Ladislaus* Rex Georgium Podiebrad legatum ad Electorem Saxoniae mittit, leguntur in cl. SOMMERSBERG S. R. Silesiacarum tomo I. pag. 1023. ubi pariter reperiuntur duo eiusdem Regis *diplomata*, unum, quo Georgius Podiebrad Bohemiae gubernator constituitur; alterum vero, quo eidem ius reluitionis in Ducatu MVENSTERBERGENSI conceditur. — Rursus cod. MS. chart. in 4to. bibliothecae Mellicensis continentur: 1mo. *Ladislai*

nomine dicta *oratio* ad Nicolaum V. Papam de clade Constantinopolitanae urbis, suaque, ad auxilium ferendum christianis promtitudine; 2do. *Ladislai* ad eundem *epistola* similis argumenti; 3tio. Regis eiusdem ad Fridericum Imp. *litterae*, in caussa Comitum de Segna; 4to. alia illius *epistola* ad Hungariae episcopos, de pace Regni Bohemiae quotidie crescente; 5to. *litterae* ad gubernatorem Hungariae Huniadem, de beneficiis in eum collatis, et suppressione rebellium. — Tum in eadem bibliotheca cod. MS. chart. in 4to. *Ladislai* exstant litterae, quibus Ioanni et Paulo, de terris illustris Principis presbyteri Ioannis de India oriundis, christianis et sacerdotibus, per regna suae ditionis immunitatem a publicis vectigalibus, et securitatem addicit. — Praeterea cod. chart. MS. in 4to. ibidem habentur: 1mo. *Ragusienſis* reipublicae *epistolae duae*, una: ad Ioannem episcopum Waradiensem, cui ob patrocinium apud Ladislaum conciliatum, gratias agit, et se legatos missuram promittit; altera: argu-

Digitized by Google

gumenti similis ad Nicolaum Barium Ladislai vicecancellarium; 2do. *Vdalrici Eyzinger* et reliquorum Praelatorum, Comitum &c. Austriae *appellatio* ab iniusta excommunicatione Nicolai V. ad ipsum Nicolaum melius informandum, sive ad concilium, si quod est, vel futurum erit; 3tio. eiusdem et aliorum *epistola* ad S. R. E. Cardinales contra hanc Nicolai Papae sententiam, et Fridericum Imp. 4to. *historia* de rebus, quae in *Bohemia* contigerunt, Ladislao regnum adeunte; cui narrationi inserta est *bulla* Bonifacii Papae, qua monasterio Zderasiensi Pragae conceditur in vigilia Paschae cantari *missa* in occasu solis, cui tum Ladislaus interfuisse dicitur; *Nicolai V. epistola* ad Ioannem Huniadem, ne excommunicatis faveat; 6to. Hungarorum *epistolae* duae ad singulares quasque personas, quas monent de suo fideli in Ladislaum animo, hortanturque, ne Friderico Imp. adhaereant. — Alio porro cod. chart. Mellicensi in 4to. legitur primo: *Nicolai* V. bulla *excommunicationis* latae in Austriacos, Fridericum III. longiorem Ladislai tutorem ferre

Digitized by Google

recusantes; 2do. Hungarorum cum Austriacis conspirantium *appellatio* contra bullam Nicolai; 3tio. *epistola* supremi Austriae Capitanei *Vlrici Eyzinger* ad Ioannem S. Angeli Cardinalem de eadem re; 4to. *consultatio*, qualiter causa confoederatorum pro parte Ladislai referenda sit ad Ioannem Cardinalem. — Demum cod. chart. alio in 4to. ibidem exstat: *Friderici* Caesaris *epistola* ad Ioannem Huniadem, ne Vdalrico Eyzinger, reliquisque Austriae rebellibus, auxilium praebeat. — Vernacula lingua scriptum *Instrumentum compositionis*, inter Fridericum Imperatorem, Hungaros et Austriacos, anno 1453. initae, ex cod. MS. monasterii Benedicto-Burani primus edidit H. PEZIVS S. R. A. tomo II. pag. 557. et seqq. — Eiusdem denique Caesaris *Friderici epistola* commonitoria ad Eugenium IIII Papam, ne patiatur Regnum Hungariae heredi pupillo Ladislao auferri, inserta est MELCH. GOLDASTI *commentariis de Regno Bohemiae* append. pag. 151. edit. Schminckii.

Ad *Ladislai* mortis historiam pertinent: *Cantilena* de obitu Ladislai Bohemi-

Digitized by Google

miae Regis et Ducis Austriae, germanico sermone exarata, in cod MS. chart. Mellicensi in 4to. cui subnectitur latino idiomate *memoriale*, seu planctus Austriae in eiusdem obitu, unacum illius *epitaphio*. — Cantilenam seu *lessum* memoratum, tametsi invenustum H. PEZIVS S. R. A. volumine II. pag. 679. et seqq. in lucem dedit; *epitaphium* vero l. c. pag. 463. — Aliud, quod Ladislai honoribus prolixum, invita autem Minerva, scripsit *epitaphium* versu elegiaco, chronicoque suo Austriaco inseruit HASELBACHIVS, apud eumdem PEZIVM l. c. pag. 887. legi potest. — NICOLAVS HIERON. GVNDLINGIVS *novae bibliothecae* parte XXVIII. pag. 670. de genere mortis Ladislai ex industria differens, illum non veneno sed peste interiisse contendit. — *Vladislai* Bohemiae Regis litterae publicae, apud SOMMERSBERG. *S. R. Siles.* T. I. pag. 1079. affirmant, se aperto, in praesentia procerum et nobilium suorum, Ladislai tumulo, corpus illius incorruptum, et absque ullo veneni signo reperisse. — [Operae pretium tamen est, AENEAE

Digitized by Google

SYLVII ea de re legere epistolam, quae inter opera illius, Basileae 1571. in fol. edita, ordine est 324ta. pag. m. 815. inter epistolas autem, Norimbergae 1486. in 4to. separatim excusas, n. 338vo. — Noviſſime denique STEPHANVS KAPRINAI in *Hungaria diplomatica*, temporibus Mathiae de Huniad Regis Hungariae, cuius praestantissimi, utilissimique operis pars prima 1767, et secunda 1772. in 4to. Viennae typis data est, parte priore lib. I. differt. VI. pag. 211. causas, circumstantiasque mortis Ladislai, accurate investigatas, luculenter exponit.]

§. II.]

DE SPONSA LADISLAI.

[*Ladislao* MAGDALENA, Caroli VII. Regis Franciae filia, sponsa destinata fuit; quam, quo is minus duceret, immatura morte, inter ipsum nuptiarum apparatum, Pragae exstinctus fuit. Inter AENEAE SYLVII *epistolas*, edition. Basileen-

Digitized by Google

sileensis, illa, quae n. 339. est, Calixtus III. Papa Ioannem Cardinalem S. Angeli legatum apostolicum destinat ad nuptias Ladislai Regis; sequente vero *epistola* 340 eumdem vehementer hortatur legatum: ut quam celerrime Pragam, dictarum nuptiarum caussa, se conferat; quae epistolae in laudata rariore editione Norimbergensi occurrunt n. 353. et 354. Regiae huic sponsae aliud quoque nomen MARGARETHAE fuit; vel errore quodam humano SYLVIVS lapsus est, dum illi in suo de *ritu, situ, moribus, et conditione Germaniae* libro, p. m. 1057. alterum hoc nomen tribuit. Exstincta itaque in Ladislao Austriaca Alberti II. progenie, hereditaria istarum terrarum dominatio ad *Fridericum* V, *Ernesti Ferrei* filium, est devoluta.]

Digitized by Google

CAPVT VIII.

DE FRIDERICO PLACIDO, SEV PACIFICO AVGVSTO.

§. I.

DE VITA ET REBVS GESTIS FRIDERICI V. AVGVSTI.

[FRIDERICVS *Placidus*, aliis *Pacificus*, itemque *Iunior* dictus, inter Habsburgicos Austriae Principes non solum, verum etiam Romanorum Imperatores, si hisce Fridericus Brunsvicensium Dux, et Romanorum electus Rex accensetur, eius nominis *Quintus* erat. Fridericus attamen noster non nisi *Tertii* cognomine uti voluit; non tanquam *Fridericum Pulchrum*, alterumque *Brunsvicensem* Augustorum numero excludendos putaret, sed quod *tertius* ex Fridericis Augg. Romae per summum Pontificem coronatus esset.]

De

Digitized by Google

De *electione Friderici* in Romanorum Imperatorem, varia exstant *acta* in IO. HENR. BOECLERI S. R. G. collectione, Argentorati 1685. in fol. edita, inter diplomata et documenta subiuncta, a pag. 183. ad 198.

Ad Romanam eius coniugisque *coronationem* pertinent: COSWINI MANDOCTAE Nicolai V. P. M. cantoris, *descriptio introitus Imp. Friderici in urbem Romam*, et subsequutae *coronationis*, quae exstat in bibliotheca Caesarea cod. MS. histor. lat. 85. — *Relatio de expeditione Romana*, benedictione nuptiali, et *coronatione* Friderici, lectu dignissima, quae habetur vernaculo sermone scripta in GVSTAVI GEORGII KOENIGS a KOENIGSTHAL *erster Nachlese der Reichstags-Handlungen unter Kaiser Friedrich dem Dritten* a pag. 1. ad 24, Francofurti 1759. in 4to. — *Ordinatio ingressus* Friderici Imp. in Vrbem, quam ex codice MS. monasterii Benedicto-Burani primum erutam, HIERON. PEZIVS S. R. A. volumini secundo inseruit, pag. 561. — ANTONII PANORMITAE legati, ab Alphonso Arragonum Rege Romam missi, *oratio* in coronatione Friderici dicta, et a MARQVARDO

Digitized by Google

FREHERO S. R. G. tomo III. vulgata; cui altera ibidem subiuncta est IANNOTII MANETTI *oratio*, Florentinorum nomine, eadem de caussa Romae habita; quae denique tomo Freheriano secundo editionis Struvianae pag. 34. legitur AENEAE SYLVII *oratio*, ad Nicolaum V. P. M. pro coronatione Friderici Caesaris, et celebratione concilii generalis. — ANONYMI *epistola* de Friderici III. Romae post coronationem, et Ladislai Regis Hungariae rebus gestis, in cod. MS. bibliothecae Mellicensis in 4to. — THADDAEI QVIRINI patricii Veneti, ad Fridericum a coronatione Romana Venetias revertentem, *oratio* reipublicae nomine gratulatoria, apud FREHERVM S. R. G. tomo II. pag. 42. edit. Struv., quam alia excipit ibidem *oratio*, pro Vicario Cremonae, ad Caesarem adventantem prope Lauretum habita.

Secundam Friderici Romanam profectionem illustrant: AVGVSTINI PATRITII *descriptio adventus* Imp. *Friderici* ad *Pontum* II. Papam, quam ex cl. IOAN. MABILLONII museo Italico tomo I. eruam, HIER. PEZIVS volumine secundo

S.

Digitized by Google

S. R. A. pag. 609. exhibet. — *Narratio* de Friderici in Italiam *profectione votiva*, et honorifico ad Vrbem adventu, e libro I. sacrarum caerimoniarum sect. XIII. C. I. desumta, in FREHERI S. R G. tomo III.

De *rebus Imperii* ac *domesticis* Friderici adcurate agit: IO. IOACH. MVELLER in *Reichstags-Theatro unter Kaiser Friedrichs Regierung von* 1440. *bis* 1493. *Iena* 1713. in fol. — [Comitia Moguntiaca anni 1441, Caesarisque conatum ius Romanum per Germaniam abrogandi, mirifice illustrat erudita IO. MART. SILBERRADII dissertatio, quae Argentinae 1748. in 4to. edita est hoc titulo: *Vindiciae iuris Romani et iureconsultorum in Germania contra reformationem de anno* 1741. *Friderico III. adscribi solitam.* — Ad *Concordata* cum Nicolao V. P. P. anno 1447. constituta pertinent: HENR. LINKII dissertatio de *Concordatis nationis Germanicae*, Altorfii 1680, et Ienae 1718. in 4to. procusa; nec non ADAMI CORTREII observata historico-politico-iuridica ad *Concordata Imp. Friderici III. et Nicolai V. Papae de collatione beneficiorum ecclesiasticorum*, Magdeb. 1705. in 4to. et Francof. 1707. in fol. emissa.] ANONYMI *epistola* historica de *eventibus*

et

Digitized by Google

et *rebus* memoria dignis, quae anno 1456. per Europam evenerunt, in conventu in primis Norimbergensi Imperatori Friderico propemodum exitiali, quam ex cod. MS. Gemnicensi vulgavit BERN. PEZIVS tomo III. thesauri anecdotorum noviſſimi. — De comitiis Imperii Ratisbonae anno 1471. celebratis, exstant AVGVSTINI PATRICII commentarius, et IOAN. CAMPANI ad Iacobum Papiensem Cardinalem *epistolae*, apud FREHERVM S. R. G. tomo II. — Memorabilem obsidionem illam, qua Viennenses Fridericum Imp. cum Eleonora Augusta, et Maximiliano filio, arce concluſum, anno 1462. tenebant, summa diligentia et fide descripsit WOLFGANGVS de STYRA in *itinerario* suo, quod HIERON. PEZIVS S. R. A. tomo II. ex cod. MS. Mellicensi primus edidit. — [Acta publica *rebellionis Austriacorum* contra Imp. Fridericum duobus cod. MSS. inter cimelia litteraria Vindobonensia custodiuntur. Exemplar unum ex bibliotheca Caesarea ad sanctius tabularium aulicum translatum, alterum in eadem salvum adhuc relictum est, et quidem inter cod. iuris Civilis n. 84.] Miserrimus Austriae Status

Digitized by Google

tus annorum 1472. et 1478. laceranti-bus fere totam provinciam Hungaris, luculenter, rudi quantumvis et ſimpli-ci ſtilo, depingitur cod. MS. bibliothe-cae Claravallenſis Auſtriae, cui titulus: *Facta et acta in terra Auſtriae, tempore Imperatoris Romanorum Friderici Ducis Auſtriae.* [*Acta* publica et *Concordata* inter Imp. *Fridericum* et *Mathiam Corvinum* Hungariae Regem, ex tabulario aulico ſanctiore Vindobonenſi feliciter in lucem protulit cl. KOLLARIVS, et VRSINI VELII de *bello Pannonico* libris X. 1762. Viennae in 4to. ab ſe evulgatis, adiecit.]

Bellum Tigurinum GVILLIMANNVS in *Auſtriacis* ſigillatim deſcripſit, et SCHILTERVS in adnotationibus ſuis ad KOENIGSHOVEN *chronicon* pag. 909. ex tabulario Argentoratenſi peculiarem de hoc bello protulit narrationem. AENEAS SYLVIVS quoque in *epiſtola* 87. ad Ioannem Gers protonotarium regium data, victoriam a Delphino prope Baſileam ab Helvetiis relatam, fuſe enarrat. — Eodem ſpectat IACOBI SPRENGEN *Gedächtniſsrede*,

oder

Digitized by Google

oder Ehren und Siegesmaal der 1200. *Eydgenossen, welche den* 26. *Augusti* 1444. *in der Schlacht bey St. Iacob vor Basel geblieben.* Basileae 1748. in 4to.

Ad historiam *conventus Mantuani*, a Pio II. P. M. indicti, serviunt: *Friderici* Caesaris *Litterae* ad Principes *Electores*, quibus invitantur, ut accedant ad dictum congressum, in LEIBNITII *cod. iur. gent. diplom.* P. I. n. 176. — *Pii II. ingressus* sollemnis in urbem Mantuam ad deliberationem expeditionis contra Turcam, die 27. Maii 1459. ibid n. 177. — *Pii II. constitutio*, qua declarat Fridericum III. Imp. *exercitus* christianorum *Ducem* adversus Turcas, ita tamen, ut si labores castrenses ferre nequeat, alium ex Principibus Germaniae vices suas gerentem creare possit; d. d. 12. Ianuarii 1460. ibid. n. 180.

[Nullus vero locupletior testis est admirandarum virtutum, et singularium facinorum Friderici, quam AENEAS SYLVIVS, qui non solum eiusdem Caesaris iussu, *historiam* scripsit *rerum*, illo imperante, *in Germania per totam Europam gestarum*, a FREHERO S. R. G.

to-

Digitized by Google

tomo ſecundo evulgatam, verum etiam aliud luculentius perfecit opus *de vita et rebus Friderici III.* quod poſt IOAN. HENRICI BOECLERI et IOAN. KVLPISII curas, editionemque Argentorati 1685. in fol. adornatam, cl. vir ADAM. FRANC. KOLLARIVS ex codicibus MSS. bibliothecae Caeſareae reſtituit, integrumque tomo II. *analectorum monumentorum Vindobonenſium* anno 1762. in fol. publici iuris fecit, ſubiuncta IOANNIS HINDERBACHII epiſcopi Tridentini inedita adhuc continuatione.

Excerpta ex *Diario*, manu *Friderici* Auguſti ſcripto, quod oſtenditur inter rariora cimelia bibliothecae Caeſareae, non ſolum PETRVS LAMBECIVS *diario* ſacri *itineris Cellenſis*, Vindobonae primum anno 1666. in 4to. tum Hamburgi 1710. in fol. edito, inſeruit, verum et KOLLARIVS *analectorum* paulo ante laudatorum volumine altero pag. 666. et ſeqq. protulit.

IOSEPHI GRVENBECK *Kayſers Maximiliani I. gebeimen Raths und Beicht-Vatters Lebensbeſchreibung K. Friedrichs des III. und Maximilians des I.* Ioannes Iac. Moſer

Tu-

Tubingae 1721. in 8vo. emisit; quod opusculum fide ac raritate sua maximopere se commendat. Latina primum lingua illud scriptum fuisse vel ex ipsa praefatione apparet. Attamen sola haec germanica versio hodie superesse videtur, latino exemplari, nisi si id forte in Caesareo tabulario Oenipontano rariora inter alia cimelia custodiatur, vel deperdito, vel ignoto quodam loco delitescente. (a)

FRIDERICI NAVSEAE Blancicampiani seu Weissenfeldensis, viri egregiae eruditionis laude clari, atque episcopi Vindobonensis *epitome vitarum Pii II.* Pontificis, et *Friderici III.* Imp. cum restituto eiusdem Pii II. opere: de origine, progressu, decoreque Romani Imperii, Moguntiae 1535. in 4to. vulgata est.]

IOAN-

(a) [De Grünbeckio consulendus I. I. MOSER in *Bibliotheca* MSS. Norimbergae 1722. in 4to. edita, pag. 11. VALENT. PREVENHVBER in *Annal. Styrens.* anno 1740. in fol. typis datis pag. 4. et 184. et CONST. FLOR. a KAVZ in *Versuch einer Geschichte der Oesterreichischen Gelehrten* pag. 130.]

Digitized by Google

IOANNIS de ZREDNA protonotarii cancellarii Regis Hungariae, *epiſtolae hiſtoricae* de rebus geſtis inter Imperatorem Fridericum et regnum Hungariae ab anno 1445. ad 1451. quae autographae exſtant in bibliotheca Caeſarea cod. memb. in 4to. inter hiſtoricos profan. n. 531. notisque marginalibus *Pauli* de *Iwanich* illuſtratae ſunt, res omnino graviſſimas, pro pleniore illius aetatis hiſtoria pernoſcenda, complectuntur. Lucem, quam dudum meruere, feliciter adſpexerunt, curante cl. GEORGIO SCHWANDTNERO, in pulcherrima eiusdem *ſcriptorum rerum Hungaricarum* editione, tomo ſecundo, cum erudita MATHIAE BELII praefatione.

Ad ornandam Friderici hiſtoriam etiam confert: AENEAE SYLVII *oratio* ſuaſoria ad Nicolaum V. P. M. ut Caeſarem Fridericum in Turcas paſſagium parantem, modis omnibus adiuvare velit, quam exhibet FREHERVS S. R. G. tomo ſecundo. Cum hac vero coniungi debet IOAN. HENR. BOECLER. *adnotatio hiſtorica* de *paſſagiis*, Argentorati 1678. in 4to. vulgata. Reperitur quo-

Digitized by Google

que eadem oratio inter AENEAE SYLVII epistolas n. 399. et in NICOLAI REVSNERI *orationibus Turcicis* vol. II. pag. 1.

ARNOLDVS de LALAING per-elegantem *epistolam* historicam de *congressu Friderici III.* Imperatoris et *Caroli* Burgundionum Ducis, anno 1474. apud Trevirim facto, gallica lingua scripsit, quam RVDOLPHVS AGRICOLA in latinum sermonem convertit, non quidem verbum e verbo, ut ipse in praefatione fatetur, exprimens, sed latius nonnunquam contractiusve res explicans. Edita est illa Basileae 1518. in 4to. et a FREHERO tomo II. S.R.G. inserta legitur. — IO. DAVID KOEHLERVS in *programmate* Goettingae 1741. in 4to. edito, de diplomate, quo *Aeneas Sylvius* a Friderico Imp. anno 1442. *laurea poëtica* donatus fuit, miram Caesaris in rem litterariam propensionem extollit.

Diploma Friderici Aug. quo *Nicolaum* de *Lobkowitz* et *Zophiam* de *Zierotin* in confratres societatis atque *Ampriae stolae albae* (*a*) cum tribus liliis adoptat,

(*a*) [De hac societate agit LAMBECIVS commentar. L. II. et in adnotationibus sui. KOL-

Digitized by Google

optat, Brunae die 4. Augusti anno 1459. datum, legitur in SOMMERSBERG *diplomatario* Bohemo-Silesiaco n. 132.

MICHAELIS APOSTOLII *oratio* graeca, ad Fridericum Aug. qua is ad eripiendam Turcis Graeciam animatur, a FREHERO S. R. G. tomo secundo, unacum versione latina inserta est.

Ad *mortem*, et *sepulturam Friderici* Pacifici scripta pertinent sequentia: PAVLI AMALTHEI *carmen* elegiacum de illius beato obitu, quod in bibliotheca Caesarea MS. adservatur. — BERNARDI BERGERI praefecti senatus Viennensis, qui vulgo *Stadt-Anwalt* appellatur, *oratio* latina in funere ad Maximilianum I. publice habita, itemque *pompae funebris* amplissima *descriptio* sermone vernaculo, habentur inter codices MSS. bibliothecae Caesareae. [Lucem vero etiam adspexerunt Viennae 1493. in 4to. illa hoc titulo: *Oratio in funere Friderici tercii — Vienne habita per* — BERNHARDVM BERGER *illic in Consilio Civium — pro — Romanorum Rege vicegerentem*: haec tali cum

KOLLARIVS, p. m. 879. ubi etiam equestris eiusmodi torquis imago exhibetur.]

Digitized by Google

epigraphe: *Begencknus Kaiſerlicher mayeſtat So zu Wien beſchehen iſt Anno Domini* 1493. &c. Separatim quoque *conductus funebris* recuſus eſt; inter diplomata et documenta, Boeclerianae collectioni S. R. G. ſubiuncta, p. m. 47. — Exſtat praeterea THEODORI de WYCK deſcriptio *exſequiarum* Friderici III. Rom. Imp. Viennae in cathedrali S. Stephani an. 1493. ſollemniter celebratarum. Viennae 1493. in 4to. — IACOBI VNRESTI *chronicon Auſtriacum*, ſupra L. I. C. II. §. I. iam laudatum, quemadmodum Friderici Aug. vitam ſumma diligentia deſcribit, ita et ſollemnia haec funebria, iisdem fere cum BERGERO verbis enarrat.]

De *ſymbolo*, ſeu ſigno Friderici, litteris vocalibus A. E. I. O. V. expreſſo, quod libris, aedificiis, vaſisque ſuis inſcribere ſolitus erat, tractat PETRVS LAMBECIVS in *Diario ſacri itineris Celenſis*, [Hamburgi 1710. in fol. edito, p. m. 8. ubi octo ſupra triginta variorum ſententias profert, quid hoc ſymbolo ſignificatum voluerit Fridericus? iisdemque reiectis, genuinam ipſiusmet auctoris in-

Digitized by Google

interpretationem, ex autographo codice illius decerptam praebet, videlicet: *Auſtriae Eſt Imperare Orbi Vniverſo; Alles Erdreich Iſt Oeſterreich Vnterthan.* — Quid? quod IOAN. RASSIVS iam olim in *Geneſi Auſtriaca* ſeu *genealogia ſereniſſimorum Auſtriae Archiducum*, ſine loco et an. ſemel; atque iterum Conſtantiae an. 1594. in 4to. edita, centies aut plus eo hoc ſymbolum variari poſſe docuit. — Multam quoque in illo explicando conſumſit operam cl. CHRIST. GOTTL. SCHWARZ in epiſtola ad Chriſtoph. Fürerum, Altorfii 1716. in fol. typis data, *de Friderici V. Rom. Imp. ſymbolo elementari A. E. I. O. V.* — BERTHOLDVS RIZELIVS *ſanctae et beatae Auſtriae*, iam alibi laudatae, peculiarem de hoc ſymbolo diſſertationem praemiſit, attamen politicam magis quam hiſtoricam, nihilque fere, quod lectorem allicere poſſet, continentem. — Agit quoque de eodem PETRVS LAMBECIVS *comment. biblioth. Caeſar.* L. II. p. m. 537. edit. *Kollarianae*, nec non cl. IO.DAVID KOEHLER in *Münzbeluſtigung* tomo tertio p. 170. et ſeqq.]

Digitized by Google

§. II.

DE VXORE ET PROLIBVS FRIDERICI V. AVGVSTI.

VXor *Friderici* fuit ELEONORA, Eduardi Lusitaniae Regis filia. *Oratio* gratulatoria AENEAE SYLVII ad Alphonsum Regem Lusitaniae, super hoc connubio, exhibetur a FREHERO S. R. G. tomo altero p. m. 27. edit. Struvianae. Eodem pertinent IACOBI MOETZII, quem alii MOTZIVM dicunt, *orationes* ad Alphonsum Regem, et illius sororem Eleonoram, a FREHERO loco laudato relatae. Integrum porro commentarium *desponsationis et coronationis* Friderici Aug. et Eleonorae coniugis, NICOLAVS LANCKMANNVS de Valckenstein stilo quidem barbaro et inculto, sed summa fide, iucundaque eventuum varietate distinctum, posteritati reliquit. Editus is primum Augustae 1503. in 8vo. latino, quo scriptus ab auctore fuit, idiomate, simulque in germanicum sermonem conversus, curante Nicolao Hipponensi episcopo,

Digitized by Google

ſcopo, in 4to. tum *Freherianis* R. G. ſcriptoribus a STRVVIO tomo ſecundo pag. 51. et ſeqq. inſertus, tandemque omnium emendatiſſime ab HIERONYMO PEZIO, ex codice coaevo Vindobonenſi S. Dorotheae S. R. A. tomo ſecundo, p. 570. et ſeqq. adiecto lingua vernacula Eleonorae Auguſtae *diplomate* pro Lanckmanno, Neoſtadii Auſtriae, anno 1464. edito, prolatus eſt. Autographum huius hiſtoriae in bibliotheca Caeſarea, vol. chartac. in 8vo. hiſt. prof. n. 1085. cuſtodiri teſtatur PETRVS LAMBECIVS *commentar.* libro II. Alius quoque ibidem ineditus adhuc codex habetur, inter philoſophicos et philologicos latinos 143tius, COLVMBANI de PONTREMVLO deſcriptionem *deſponſationis et coronationis* Friderici continens, nihil tamen fere ſingulare proferens, quod *Aeneas Sylvius* in ſupra laudata *Friderici* Aug. hiſtoria non multo concinnius elegantiusque expoſuiſſet. — Lectu autem dignior eſt ea NICOLAI epiſcopi Hipponenſis, *deſponſatio* ac *coronatio* Friderici III. et conthoralis ipſius *Leonorae*, cui adnexa eſt *Maximiliani* Rom. Regis ac germanae eius *Cunegundis generatio*. Auguſtae 1503. in 4to.

Digitized by Google

Liberi ex hoc coniugio in lucem editi ſunt quinque; filii tres: CHRISTOPHORVS, et IOANNES infantes mortui, ac MAXIMILIANVS I. ſecundo genitus, de quo capite ſequenti. Filiae fuere: HELENA, quibusdam ELEONORA adpellata, et CVNEGVNDIS Alberto IIII. Bavariae Duci elocata. *Cunegundis* vitam ex antiquis monumentis erutam, ſtilo, vernaculum ſaeculi XV. ſermonem feliciter aemulante, conſcripſit IOSEPHVS BENEDICTVS HEYRENBACH b. m. Caeſareae Vindobonenſis bibliothecae cuſtos, publicique iuris fecit Viennae hac cum epigraphe: *Kaiſer Friedrichs Tochter Kunigunde, ein Fragment aus der Oeſterreich-Bairiſchen Geſchichte ſamt einem Codex probationum.* 1778. in 8vo. Vitam illius vero poſt coniugis obitum, Monachii in monaſterio ordinis S. Franciſci, pie exactam enarrat CZERWENKA in annalibus pietatis Auſtriacae L. III. C. VII.]

C A-

Digitized by Google

CAPVT VIIII.

DE MAXIMILIANO I. AVGVSTO.

§. I.

DE VITA ET REBVS GESTIS MAXIMILIANI I. AVGVSTI.

[MAXIMILIANVS I. patri *Friderico* III. Caeſari Auguſto tam in Auſtriacarum terrarum quam in Romani Imperii dominatu ſucceſſit. Romanorum Rex, vivente patre, anno 1486. Francofurti electus fuit. Deſcribitur haec *electio* ab ANONYMO apud FREHERVM S. R. G. tomo tertio p. m. 17. et ſeqq. ubi omnes Imperii Principes, Status, et oratores, qui his comitiis Francofurtanis interfuerunt, longo ordine enumerantur. — Eorumdem ſollemnium adcurata *deſcriptio*, tam in bibliotheca Mellicenſi, quam Auguſtiniana ſuburbii Viennenſis, ſine loco et anno edita, coaeva tamen reperitur:

Digitized by Google

PHILIPPI BEROALDI quoque *orationibus* evulgatis, est adnexa. — Cum his iungendum aliud insigne documentum, quod IO. HENRICVS BOECLERVS Aeneae Sylvii historiae rerum Friderici III. ab se editae, inter alia diplomata, sub finem operis addita, pag. 218. et seqq. adiecit hoc titulo: *In diſſen Büchlin findet man beſchreben die Fürſten, Grauen, vnd Fryben. Die uff dem Dage mit — Keyſer Friederichen dem Dritten. Zu der Erwelung — Maximilians Ertzhertzog zu Oeſterich Keyſerlichen Majeſtat Sone. Czu einem Romſchen Konig. Erſchenen ſint* &c. — Coronationis porro ſollemnitas Aquisgrani eodem anno celebrata, ab *anonymo* adcurate ob oculos ponitur in laudati FREHERI S. R. G. tomo tertio pag. m 24. et seqq. —] Libellus Hannoviae 1613. in 8vo. procusus, quo *inauguratio, coronatio, electioque Imperatorum a Maximiliano I. ad Mathiam* usque recensetur, hic pariter laudari meretur. — HERMOLAI BARBARI *oratio* Reipublicae Venetae nomine dicta; ad Fridericum Imp. et Maximilianum Regem Romanorum recens creatum, argumenti gravitate, et masculae eloquentiae laude se commendat. Procusa fuit

fuit illa inter alias auctoris orationes Parisiis 1508. in 4to, seiunctim vero Basileae 1529. in 4to. et in FREHERI S. R. G. tomo secundo p. m. 185. — Digna quoque sunt, quae his iungantur QVINCTI AEMYLIANI *encomiastica, ad* divos Caesares *Fridericum et Maximilianum*, eleganti heroico carmine scripta, quorum primis duobus electio potissimum Maximiliani, tribus reliquis vero captivitas illius apud Brugenses luculenter describitur. Editio princeps Aldina fuisse coniicitur, ex Ioannis Camertis praefatione, altera vero Argentinensis 1512. in 4to. quam postea sequuta est Freheriana S. R. G. tomo II. p. m. 190. et seqq.

De Maximiliano a *Brugensibus* in custodiam dato, vernacula exstat IOANNIS ROLLII, in eadem captivitate detenti, *narratio*, ex cod. Hippolytano, scriptoribus rerum Austriacarum ab HIERON. PEZIO tomo II. pag. 551. inserta, et a RAYMVNDO DVELLIO *miscellaneorum* libro I. n. XVIII. plenius exhibita — *Litterae*, quibus Fridericus Aug. Imperii Principes ad liberandum

Digitized by Google

e captivitate filium excitat, leguntur apud IOANNEM PHIL. DATT *de pace publica* L. I. cap. 29 — [IOANNES GEORG. MEVSEL quoque dignissimam lectu notitiam de Maximiliani I. captivitate Brugensi suppeditat, ex MS. anni 1488. in *historischen Vnterſuchungen*, Norimbergae 1778. in 8vo. typis datis, tomo I. pag. 50. et seqq.]

De *bello* Maximiliani *cum Flandris*, seditionem moventibus gesto, insignem lingua gallica *commentarium* scripsit IOAN. SVRQVET, dictus cognomine *Hoccalets*, de quo consulatur IOAN. FRAN. FOPPENS *bibliotheca Belgica* pag. 738. —

Bellum Helveticum nemo maiore cura ac fide descripsit, quam BILIBALDVS PIRCHEIMERVS, qui expeditioni Caesareae anno 1499. copiarum Norimbergensium dux interfuit. Exstat illius *historia belli Suitensis sive Helvetici, a prima sui origine usque ad expeditionem* hanc *a Maximiliano susceptam*, duobus libris diligenter ac copiose elucubrata, in FREHERI S. R. G. tomo III. et inter reliqua PIRCKHEIMERI opera, a GOLDASTO Francof. 1610. in fol. typis data. Separa-

ra-

ratim etiam publici iuris factum est laudatum PIRCKHEIMERI *bellum Suitense*, cum Maximiliano I. Imp. ac dynastis et civitatibus Suevicis anno 1499. feliciter gestum, Tiguri 1737. in 8vo.

Res bellicas contra *Venetos* gestas, earum causas foederisque Cameracensis historiam pereleganti commentatione exponit IOAN. BAPT. de BOS in *histoire de la ligue faite a Cambray entre Iule II. Pape, Maximilien l' Empereur, Louis XII. Roi de France, Ferdinand V. Roi d' Arragon, et tous le Princes d' Italie contre la Republique de Venise*, Parisiis 1709. et 1728. vol. II. in 12mo. et Hagae Comitum 1729. et 1740. vol. II. in 12mo. — Idem bellum singulari cura, sed non sine partium studio exposuerunt: ANDREAS MOCENIGO patricius Venetus libris sex *belli Cameracensis adversus Venetos gesti, ab anno* 1500. *ad* 1517. Venetiis 1525. in 8vo. in lucem datis. et BERNARDINVS ARLVNVS de *bello Veneto* libris sex, qui cum Mocenigi opere *Thesauro antiquitatum et historiarum Italiae* IO. GEORG. GRAEVII et PET. BVRMANNI tomo V. inserti sunt. MOCENIGI historiam in italicam quo-

Digitized by Google

quoque linguam convertit ANDREAS ARRIVABENE, ediditque Venetiis 1560. in 8vo. — In IVSTINI GOEBLER *Chronica der Kriege Maximiliani I. gegen die Venediger und Franzosen geführt*; Francofurti 1566. in fol. emissa, quae raritatis prorsus eximiae est, gesta praesertim bellica Ernesti Ducis Brunsvicensis, et Casimiri Marchionis Brandeburgensis referuntur, publicis actorum documentis confirmata. — Huc pertinet: MICHAELIS COCCINII alias *Kochlim* dicti, *commentarius, de bello Maximiliani imp. anno* 1511. *cum Venetis gesto*, quem FREHERVS S. R. G. tomo secundo p. m. 267. vulgavit. § Quatuor quidem libros commentariorum elucubravit COCCINIVS, attamen eorum priorum editionem consulto differendam putavit, neque cognitum mihi est, num illi unquam vulgati fuerint? quorum publicatio tanto magis exoptanda videtur, quanto sinceriori et ab omni partium studio alienior clarissimus auctor est. Prima eius historiae editio sine loco et anno forma maiore curata, et Iacobo de Bannissis Caesareo cancellario dicata fuit.

Digitized by Google

fuit. Alia cum CORIOLANI CEPIONIS libris tribus de *Petri Mocenigi gestis*, in lucem prolata est Basileae 1544. in 8vo. — Digna lectu est LVDOVICI HELIANI, Regis Francorum oratoris, in comitiis Augustanis an. 1510. habita *oratio in Venetos* invectiva, quae eodem anno Maximiliani Caesaris iussu, Augustae Vindel. Iacobo Banniſio curante, in 4to. prodiit, et posthac in *Risposta in Difesa delle Ragioni del Arciduca Ferdinando, contra il Manifesto publicato per la Republica di Venetia*, anno 1617. in 4to. sine mentione loci integra recusa est, subinde etiam a FREHERO S.R.G. tomo secundo p. m. 261. inserta, verumtamen ex Ioan. Trithemii solum annalibus Hirsaugiensibus desumta. — Egregium pariter est VLRICI HVTTENI carmen, Vien. 1512. in 4to. evulgatum, quo Caesarem adversus Venetos euntem graviter adhortatur. — Ad historiam belli Veneti quoque referenda PIERII VALERIANI *epistola* ad Petrum Crispum, Laurentii Campegii legati apostolici secretarium, *de bonoribus Matthaeo Langio*, Gurcensi

Epi-

Digitized by Google

Episcopo, Romam ingredienti *exhibitis*, quam Beatus Rhenanus per Mathiam Schurer Argentinae typis mandandam curavit, unacum FRANCISCI VITALIS panegyri heroica ad eundem celeberrimum praesulem scripta. Vtrumque monumentum FREHERVS S.R.G. tomo II. pag. 569. exhibet.]

Bellum Bavaricum enarrat IOANNES TRITHEMIVS, in *historia belli* anno 1504. *Philippo Palatino* Electori, et Ruperto eius filio a *Maximiliano* Imperatore *indicti*, quae a FREHERO S. R. G. tomo III. p. m. 97. illata est. — Eodem pertinent RICARDI BARTHOLINI *de bello Norico Austriados* libri XII. carmine heroico exarati, Argentorati 1516. in 4to. publica luce donati, deinde vero a IVSTO REVBERO suis R. G. scriptoribus additi, qui Francofurti 1584. in fol. Hanoviae 1619. in fol. et a GEORGIO CHRISTIANO IOANNIS emendati, variisque accessionibus aucti, Francof. 1726. in fol. typis commissi fuere, adiectis utilissimis et ad plenam huius operis intelligentiam summopere necessariis adnotationibus IACOBI SPIE-

SPIEGELII. — Huc etiam referenda HENRICI BEBELII *ecloga triumphalis de victoria* Caeſ. Maximiliani contra *Bohemos*, quae in FREHERI collectione S. R. G. tomo II. pag. 251. reperitur.

Res Imperii et regni Germanici, Maximiliano I. imperante, ex actis publicis, et tabulariorum ſubſidiis erudite atque prudenter complexus eſt vir clariſſimus IO. IOACHIMVS MVELLER in *des H. R. R. teutſcher Nation Reichs-Tags-Staat von* an. 1500. *bis* 1508. Ienae 1709. in 4to. quo res comitiorum. regiminis Imperii, conventuum Electorum ac Principum, et Vicariatus Friderici III. Electoris Saxoniae commemorantur. Huic ſucceſſit eiusdem *Reichstags-Theatrum, wie ſelbes unter Kaiſers Maximiliani I. allerhöchſten Regierung geſtanden.* Pars I. Ienae 1718. in fol. edita, comitiorum res et acta ab anno 1486. ad 1496. refert; pars II. ibidem 1719. in fol. evulgata ad annum 1500. pertingit. Reliquae partes a doctiſſimi viri, utiliſſimo huic labori immortui, heredibus adſervantur ineditae. — *Regimentum Imperii* a Maximiliano I. anno 1500. *inſtitutum* ſingulari diſſertatione deſcripſit

Digitized by Google

ADAMVS RECHENBERG, publicavitque Lipsiae in 4to. — Apud IOAN. IOACH. MVELLERVM in *entdecktem Staats-Cabinet* P. I. legitur *diploma* Maximiliani I. datum Vindobonae die 20. Iulii an. 1515. in quo ille *Ludovicum* Hungariae ac Bohemiae Regem, *Imperii Vicarium* Generalem, et legitimum post sua fata in eodem *successorem* pronunciat. — [RICHARDI BARTHOLINI *de conventu Augustano* an. 1518 *narratio*, quae in HENR. CHRIST. SENCKENBERGII *selectis iuris et historiarum* volumine quarto pag. 625. et seqq. recusa est, quam plurima complectitur historiam, statumque Imperii eius aetatis politicum, aeque ac ecclesiasticum mirum in modum illustrantia. — Erudita est bonaeque frugis FRID. MELCH. GRIMM *disputatio* Ratisbonae 1747. in 4to. edita, de *historia* Imp. *Maximiliani* I. amplissimo iuris Germanorum publici fonte.]

Vitam integram, resque gestas universim Maximiliani memoriae tradidere: IOSEPHVS GRVENBECK, superiore capite VIII. laudatus; — MEL-

CHI-

CHIOR. PFINTZING in *Maximiliani I. Geburts-, Lebens, und Todesbeschreibung*, Augustae Vindel. 1679. in fol. edita — [CHRISTOPH. VLRICH am PACH, in exiguae molis ac pretii libello, quo Maximiliani facta breviter exposita, amplioribus, sed non nisi vulgaribus animadversionibus historicis, politicis, et moralibus disjunguntur, Oeniponti 1653 in 1mo. excusso, hoc nomine: *Kayser Maximilian des Ersten Leben, Tugenden, und Thaten, vorgestelt, auch mit eingemischten anderen Geschichten, und Politischen Sprüchen kürzlich ausgeführt. Durch* CHRISTOPH. VLRICHEN *am* PACH *zu Hausenhaimd O. O. Regiments Rath.*] — IACOBVS BALDE in *Maximilianum I. Austriacum redivivum* Augustae 1679. in 8vo. recusa, [ac exilem nullius momenti biographiam tanti Principis complectente,] — Plus meritae laudis ab eruditis reportavit GEORGIVS SABINVS, alio nomine SCHVELER dictus, *vitam et res gestas Maximiliani I.* posteritati relinquens.

Nulla tamen exstant illustriora de Maximiliano monumenta, quam quae

ab ipsomet Caesare Augusto maximam partem seu conscripta, seu, ut in publicam lucem proferrentur, sollicite curata sunt. Huc refero historiam vitae et rerum gestarum Friderici III. Aug. patris, et Maximiliani I. filii, prosa oratione germanica compositam et elegantissimis imaginibus ligno incisis exornatam, cui titulus: *Der weiss Kayser*, hoc est: *Rex albus*; non vero, ut LAMBECIVS *comment. Bibliothec. Caesar.* libro secundo, et cum illo KAVZIVS (a) in *Versuch einer Geschichte Oesterreichischer Gelehrten* pag. 871 interpretatur: *Rex sapiens*. Narratio porro ipsa est plurimum aenigmatica, nominaque propria literis transpositis, anagrammatum more, expressa sunt. Codex authenticus chartaceus maioris formae in bibliotheca palatina Viennensi ostenditur inter hist. prof. n. 16. quo pertinent tria alia huius operis exemplaria chartacea, inter

(a) [Quem tamen errorem postea correxit ipse in doctissimo suo *de cultibus magicis* libro, Vindobonae 1771. in 4to, curis secundis edito, pag. 172.]

ter histor. prof. n. 19. 144. et 155. imperfecta quidem, sed spectatu dignissima, quoniam in iis ipsius Maximiliani manus passim cernitur. Hoc itaque opus, quod luce dignissimum semper visum fuit, anno 1775. Viennae in fol. excusum est, hac cum epigraphe: *Der Weiss Kunig, eine Erzehlung von den Thaten Kaiser Maximilian des Ersten, von* MARX TREITZSAVRWEIN v. ERNTREITZ *auf dessen Angeben zusammengetragen, nebst den von* HANNSEN BVRGMAIR *dazu verfertigten Holzschnitten.* Nunc alter historiam Maximiliani mirum in modum illustrans liber, inscriptus: *Triumpf*, seu quam plurimis nitidissimis figuris distincta descriptio triumphi, quem Maximilianus Imperator in honorem et memoriam rerum a se gestarum haberi voluit, (a) ex codice MS. bibliothecae

(a) [Praefixa est codici MS. imago Imp. Maximiliani, in folio regio sedentis, et Marcum Treitzsaurwein, qui illi a secretis fuerat, his verbis alloquentis:

Die in meinem dienst haben gestritten ritterlichen und nach ceren.

Die schreib in meinem Triumpf inen zu einer gedächtnus hie auf erden.]

Digitized by Google

Caesareae, sub eodem Viennensi prelo sudare dicitur. Verumtamen optanda et editori et typographo maior, quam in priore adhibita sunt, solicitudo et accuratio, ut tam sumtuosum, tamque nobilis materiae opus cum dignitate in publicum emittatur. — Progredior nunc ad aliud ubique gentium celebratum opus, *Theuerdank* dictum, cuius auctor et inventor primarius est MAXIMIL. Caesar, MELCH. PFINTZING autem quasi secundarius habetur. Exhibentur in illo, dictione vernacula metrica, exantlati labores et superata pericula Maximiliani I. Lucem vidit ex codicibus MSS. Caesareis hoc titulo: *Die Geuerlichkeiten und eins teils der Geschichten des löblichen streitbaren, und hochberühmten Helds und Ritters Tewrdanckhs* cum figg. a *Ioanne Schelffelein*, sculptore pictoreque Nordlingensi, elegantissime ligno incisis. Sed editiones, quae plures excusae fuerunt, variae sunt, et multum inter se discrepantes. Prima Norimbergensis anni 1517. in fol. et secunda Augustana anni 1519. in fol. ob antiquitatem, raritatem, textumque ge-

genuinum, summo in pretio habendae sunt, auctoris praesertim, clave, quae rarissime adest, non mutilatae. Tertia editio Augustae 1537. in fol lucem vidit. Quartam paravit BVRCARDVS quidam WALDISIVS, textu autem minium quantum interpolato atque immutato, et subiuncto brevi chronico, Maximiliani gesta exponente, nec non PHILIPPI MELANCHTHONIS *oratione funebri*, in eius honorem habita, et in linguam germanicam conversa, Francofurti 1553. in fol. quae anno 1589. in fol. et anno 1596. in 8vo. repetita fuit. Postremas editiones MATTHAEO SCHVLTES debemus, qui Augustae anno 1679. et 1693. in fol. illustre hoc opus, in multis tamen locis mutatum, publicavit, adnexa Maximiliani vita, ab incerto auctore sermone vernaculo consignata.] Ceterum de auctore, nomine, argumento, partitione, forma carminis, editionibus veris ac spuriis doctissime commentatus est IOAN. DAVID KOEHLER dissertatione *de inclyto libro poetico Tewrdank*, quae Altorfii primum anno 1714. in 4to. lucem

vidit, deinde anno 1719. iterumque anno 1737. eadem forma, cum accessionibus multis, triplicique clavi Pfotzingiana, Franckiana, et Schultesiana recusa est. Nec praetermittendus cl. FRAN. a KAVZ in *Versuch einer Geschichte Oesterreichischer Gelehrten* pag. 90. et seqq. ubi vitam Maximiliani litterariam egregie descripsit; *Biblioth. hist. Hamburg.* cent. III. pag. 95. seqq. *Biblioth. histor.* Struvio-Buderiana p. 936. IOANN. VOGTII *catalogus librorum rariorum* p. m. 674. aliique. — RICHARDI SBRVLII historia variorum periculorum (a) Maxi-

(a) [Inter cetera, quae Maximilianus subiit, vitae pericula nullum illustrius illo est, cui sese non procul Oeniponte, in praealtis rupibus *Circumsilui*, eo loco, quem parietem S. Martini, vulgo *Martinswand* dicunt, casu praecipiti, ne dicam temerario obiecit. Diversa sane ratione haec, verissima ceteroquin historia, a variis scriptoribus posteritati fuit tradita. Equidem securum me operae pretium existimo, si illam ex inedita cl. MATHIAE BVRGKLECHNER *Aquila Tirolensi*, supra L. I. C. II. §. 3. laudata, excerptam ob oculos ponam. Ita vero is to-

ximiliani I. ex *Theuerdank* eleganti carmine heroico latino translata, inedita habetur in bibliotheca Caesarea Vien-

tomo secundo p. m. 502. et seq. de Maximiliano scribit: „ *Einsmals hat er sich von Ybusprugg aus dem Frauenzimmer zu lieb auf ein gefährliches gämbs gejadt begeben, nachend bey dem dorff Zürl an St. Martins Wandt, daselbst hin war beschiden dass Königl. Frauenzimmer zu einen lustigen Gämbsen gejadt, der König steiget mit einem Iägers Knecht hinauf auf die hoche Wandt durch mancherley Wilde gefährt, baldt hernach Iagen die hundt einen Gämbsbockh hinauf auf die Wandt; der sprang auf ein solchen spitz, dass ihm Kein Iäger mehr, oder hundt zuemöchte, der König Will dem Frauen Zimmer zu Ehren den gämbsbockh fällen, gehet auf die Blaten durch das böse gleith, als weith es möglich war zugehen, der gambsen zue, nimbt den schafft von dem Iäger, schoss darmit den gämbs auf ihren standt yber den Völsen hinab, darob sich jedermann Verwundert, der schafft mit sambt den thier hinab gefallen, der Iäger Will den schafft hollen, und lasset den König stehen auf einer blaten darinen Kein Eysen hafften mögen, in diesen will der König einen schritt thuen auf einen wasen yber ein*

„ gleith

nensi cod. philolog. 226. in 4to. — [Plura huiusmodi manu exarata volumina inter eiusdem bibliothecae cimelia

„ gleith, der hoffnung, daſelbſten ein graſs zu-
„ baſſten, als Er nun den Vorderen fuess auf-
„ gebebt, Wichen ihm die fünff Zinggen an den
„ fuess Eyſen an dem hinteren fuess, Vnd baſſtet
„ nit mehr an dem harten Völſen alss ein Zing-
„ gen, Welcher wo er zerbrochen wir, hint
„ ihr Mayt. nichts gewiſſer alss den todt gehabt,
„ vnd wir zugleich mit den gemſen yber die
„ klotzen herabgefallen, aber der Allmächtige
„ Gott hat ihm dermaſſen geholffen, daſs Er mit
„ einen fuess wider baſſtet, weill er aber Kei-
„ nen ſchafft bey ſich gehabt, hat er daſelbſt des
„ Iägers Erwarthen mieſſen, als ſolche gefahr das
„ hofgeſindt ſambt den frauenzimmer herunten bey
„ der landtſtraſſen geſehen, haben Sie alſobaldt
„ durch den Prieſter zu zürl das hochwürdige
„ Sacrament herauſs tragen, und ihro Mayt.
„ zeugen laſſen, baldt nach ſolchen Kombt vor-
„ bemelter Iäger mit dem ſchafft wider zu
„ dem König und hat denſelben widerumb herab
„ auf die Ebne geſiehrt, ihr Mayt. haben zu
„ gedächtnuſs ſolches fall, und zuvorderiſt dem
„ allmächtigen Gott zu lob in dieſelb Wandt
„ in ein hölle hölzenes Crucifix mit unſer lieben
„ frauen, und St. Iohannes bildtnuſs an drey

bil-

Digitized by Google

lia, hodiedum inedita custodiuntur; de quibus sequentia ex Lambeciano catalogo (a) excerpsisse sufficiet: 1mo. Descriptio *triplicis arcus triumphalis*, quem Imp. Maximilianus I. erigi voluit in memoriam suae *pietatis*, et *sacrarum* suarum *fundationum*; 2do. Catalogus *urbium*, quas in *Belgio*, *Burgundia*, *Austria*, *Italia*, *Goritia*, et *Carniolia* armis expugnavit; 3tio. Catalogus *exercitiorum* aliquot *equestrium* illius; 4to. Catalogus *librorum* ab ipso compositorum; 5to. Inventa eius in *arte gladiatoria*; 6to. *Liber memorialis* variarum adnotationum, quas ex ore dictantis Caesaris excepit *Marcus Treitzsaurwein*; 7mo. Maximiliani Aug. *Gärtne-*

„ hilzenen stangen bringen und aufrichten lassen, „ in der höche und gestalt, wie das crucifix zu „ Endt der langen Wisen Krämlwitten gesehen „ wird. die stangen ist so hoch, daß ein zimb„ lieber Mann, so in obbemelter höche stehet, „ mit aufspanten händen die füeß der bildnuß „ kaum erreichen mag. „

(a) Vid. PET. LAMBECII comment. de biblioth. Caes. L. II. editionis KOLLARIANAE p. m. 894. et seqq.]

nerey, *Falcknerey*, *Jägerey*, *Kelleney*; 8vo. Ipsius historia quaedam equestris, cui titulus: *Ritter Freydalb* &c. — Denique his accensendus est: *Currus triumphalis honori et memoriae immortali D. Maximiliani dicatus*, quem inventore BILIBALDO PIRCHEIMERO in tabula aenea delineavit ALBERTVS DVERER, et GOLDASTVS reliquis Pirckheimeri operibus, Francofurti 1610. in fol. editis, adiunxit.]

Orationes, quae viventi adhuc Maximiliano I. dictae sunt, non paucae numero exstant. Sic in MARQVARDI FREHERI *scriptoribus rerum Germanicarum* sequentes publicatae habentur: tomo II. editionis Struvianae pag. 459. PALLANTIS SPANGEL *oratio* extemporalis nomine Vniversitatis Heidelbergensis ad Maximilianum Aug. quum is anno 1489. apud Philippum Comitem Palatinum ibidem pernoctaret; pag. 466. VDALRICI ZASII *oratio* academiae Friburgensis nomine, post eius, durante bello Veneto, ex Italia reditum; pag. 476. PANDVLPHI COLLENVTII legati Ferrariensis *oratio* Oeniponti in audi-

ditorio Caesaris dicta; — In SIMONIS SCHARDII collectione S. R. G. tomo I. pag. 221. legitur HENRICI BEBELII ad Maximilianum *oratio* de eius ac Germaniae laudibus. — [IOACHIMI VADIANI gravis *oratio*, eidem nomine archigymnasii Viennensis XI. cal. Augusti anno 1515. dicta, Vindobonae eodem anno in 4to evulgata fuit — Nec oratores solum, sed et poëtae gloriosissimi Caesaris praecones fuere. Editus est Viennae 1512. in 4to. ADRIANI WOLFHARDI *panegyricus* ad Caesarem Maximilianum carmine non invenusto et mythologica eruditione pleno.] HIERONYMI NOGAROLI *carmen*, panegyricum, pro Vicentinis ad Imperatorem a Patavina obsidione Vicentiam revertentem, in FREHERI S. R. G. tomo II. pag. 583. legitur; ubi etiam pag. 481. HENRICI LORITI, seu GLAREANI a patria dicti, heroicum *carmen*, Maximiliani laudes non invita Minerva exponens, habetur. — CONRADI CELTIS elegans *panegyricus* ad eumdem Caesarem, Norimbergae 1502. in 4to. procusus est. — [Demque

Digitized by Google

que praecocis ingenii filiam Peutingeri IVLIANAM praetermittere non possum, quae annos tres, menses decem, dies viginti quattuor nata, Maximilianum, Augustam anno 1504. ingredientem, latina adclamacione, quasi reipublicae nomine salutavit. (a)

PAVLI ab OBERSTEIN Praepositi Viennensis ad S. Stephanum *epistola* de Maximiliani Rom. Imp. laudibus, anno 1513. scripta, prorsus egregia est, multa

(a) [Exstat haec adclamatio sub finem *Romanae vetustatis fragmentorum, Augustae Vindelicorum eiusque in dioecesi repertorum*, et ab ipso CONRADO PEVTINGERO anno 1505. Augustae in fol. editorum, his verbis: „ *Urbs* „ *Augusta Vindelicorum sacratissime Caesar*, „ *unde mihi origo est, divo Augusto olim de-* „ *dicata, atque ab eius privigno Decimo Druso,* „ *Tiberii Neronis et Liviae Drusillae filio re-* „ *stituta, a te nunc optimo sacri Romani im-* „ *perii moderatore mirum in modum aucta atque* „ *amplificata est. Bonum faustumque maiestati* „ *Domuique tuae! Sic enim nos perpetuam feli-* „ *citatem et laeta huic reipublicae precari aestima-* „ *mus Senatus ergo maiestatem tuam, consentiens* „ *cum populo Augustensi, consalutat patrem patriae,* „ *Maiestatis tuae observantissima Iuliana, dixi.* „]

Digitized by Google

taque singularia de eius rebus gestis memoriae prodit. Recusa fuit Viennae 1541. in 4to. et tomo I. *orationum* et *elegiarum* in funere illustrissimorum Principum Germaniae, ab obitu Maximiliani I. qui Francofurti 1566. in 8vo. cura SIMONIS SCHARDII lucem vidit.]

Aegrotante Papa Iulio II. Maximilianus *Papatum* ambiviſſe dicitur. (a) Quo pertinet luculenta et perdocta ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI diſſertatio *de Maximiliano I.* Imperatore *Pontificatum* maximum *adfectante*, Coburgi 1710. et Ienae 1716. in 4to. procuſa.

[Celeberrimum *conventum* illum *Maximiliani* Caeſaris, cum *Vladislao* Hungariae, *Sigiſmundo* Poloniae, ac *Ludovico* Bohemiae Regibus, Viennae menſe Iulio 1515. celebratum, IOAN. CVSPINIANVS, ſimplici quidem ſtilo, ſed ſumma fide et adcuratione deſcripſit. Publici

(a) [Qua de re conſulatur B. G. STRVVII corpus hiſtoriae Germanicae periodo X. ſectione III. §. 39. et auctorum diverſorum loca ibidem prolata; nec non DAVIDIS KOEHLERI *Münzbeluſtigungen* tomo I. pag. 191.]

Digitized by Google

blici iuris facta est haec descriptio Viennae an. 1515. in 4to. inserta postea ERBERI S. R. G. tomo II. pag. 587: et CVSPINIANI *Caesaribus*. Francofurti 1601. in fol. cum notis WOLFGANGI HVNGERI editis, adnexa, nec non in MATHIAE BELII *adparatui ad historiam Hungariae*, Posonii 1735. — 1746. in fol. procuso, decade prima, n. VI. in germanicum quoque sermonem conversa ibidem in 4to. evulgata est haec tituló: *Der nambaftigen kay. Ma. vnd dreyer Kunigen zu Hungern, Behem, vnd Poln zamenkumung vnd versammlung, so zu Wienn in dem Heymonat: nach Christi gepurd M. D. xv. iar geschehen, ain kurtze, vnd warhafte erzelung vnd erklerung.* Eandem historiam compendio exhibet paucarum plagularum narratio, sine loco et anno in 4to. emissa, *Wo und wie Röm. Kay. May. und die Künig von Hungarn, Poln; und Behem zusamenkumen; und zu Wienn eingeritten sendt.* — IOACHIMI VADIANI *oratio* nomine Vniversitatis coram Sigismundo Rege Poloniae &c. *in conventu Caesaris et trium Regum* dicta, Viennae 1515. in 4to. in lucem data est. — Sed et pluribus doctorum

vi-

virorum orationibus habendis, hic congressus occasionem praebuit, quarum duae ac viginti collectae, annoque 1516. Viennae in 4to. vulgatae sunt hac cum epigraphe: *Orationes Viennae Austriae ad D. Maximilianum Caes. Aug. aliosque illustrissimos Principes habitae, in celeberrimo trium Regum ad Caesarem conventu, anno* 1515. — Nec silentio praetereundum RICHARDI BARTHOLINI *hodoeporicon* seu itinerarium Cardinalis Gurcensis, Viennae 1515. in 4to. typis commissum, et a FREHERO inter scriptores R. G. tomo II. pag. 613. relatum, quippe in quo universa quoque illa, quae in hoc regio congressu ultro citroque gesta sunt, fideliter enarrantur.]

De insigni favore Maximiliani I. in *Poësin* elegantem dissertationem scripsit IOAN. GOTTLOB. BOEHMIVS, quae Lipsiae 1756. in 4to. in lucem prolata est. — Eodem pertinet VINCENTII LONGINI Eleutherii ad D. Maximilianum *panegyricus*, anno 1502. versu heroico dictus, *pro instituto et erecto Viennae collegio poëtarum et mathematicorum*, quem FREHERVS tomo II. S. R. G. pag. m. 489.

exhibet. — [Porro *rhapsodiae* Augustae Vindel. an. 1505. in vulgus emissae, sive *publico spectatulo, quo per septem Electores, Regem, Phoebum, Mercurium, Bacchum, novem Musas personatas*, anno 1504. laudes Maximiliani ob devictum Regis Bohemiae exercitum Viennae decantatae sunt, subiuncta leguntur *sodalitatis litterariae collegii poëtarum*, eidem *recitata Viennae in delectu publico* praeconia, *pro huiusmodi collegii erectione*. — Ad historiam Maximiliani I. pertinet quoque IOANNIS TRITHEMII *liber octo quaestionum*, quas illi solvendas Caesar proposuit, editus Oppenheimii 1515. in 4to. et Coloniae 1533. in 8vo.

Mortuo Welsii in Austria an. 1519. Maximiliano, (a) quam plurimi eruditi,

(a) [Singulares mortis et sepulturae circumstantias exponit R. D. WILHELMVS WALDNER *epistola* d. d. 15. Ianuarii 1519. ad R. D. Benedictum Furtenbach, monasterii S. Magni in Fuessen abbatem data, quam R.P. MARIANVS FIDLER *Austriae sacrae* P. I. vol. II. pag. 438. et seqq. inseruit. Sed et MATHIAS BVRCKLECHNER in *Aquila Tiro-*

ti, et merito quidem parentarunt.] Sic in FREHERI S. R. G. tomo II. pag. 717. legitur *oratio funebris* in depositione Maximiliani I. in oppido Wels per IOANNEM FABRVM die 16. Ianuarii anno 1519. habita; item pag. 743. GEORGII SAVROMANI *oratio* ad Aug.

rolensi tomo secundo, pag. 514. iisdem prope verbis de obitu et funere Maximiliani Augusti differit. — Notatu quoque dignum illud est suprematum testamenti, a Maximiliano I. Aug. conditi, tabularum fragmentum, in quo ἡ μακαρίτης ultimae voluntatis suae exsecutores designavit his verbis: „ *Di-*
„ *ser obgeschriben sachen aller und unsers Te-*
„ *staments und lezten willen, ordnen und sezen*
„ *wier in guetter vernunfft gsund und aigner*
„ *Bewegung zu Testamentarien, Executorn,*
„ *Volziehern, und Sollicitatorn den Hochmaister*
„ *S. Iörgen ordens, Herrn Hansen Geilmann, den*
„ *Bischou zu Wien, und Abbt zu Crembsmünster,*
„ *Herrn Leonharten Rauber Marschalch, Herrn*
„ *Eberhardt von Polhaimb, H. Iörgen Vleischer*
„ *Prior der Carthaus zu Freiburg, Iohann Ren-*
„ *ner, Wilhalbm Schurff, Gabriel von Vagt*
„ *und Iohann Finsterwaldt.* „ Communicavit id mecum illustr. D. L. B. a Prandau ex RICHARDI STREIN *annalibus historicis* Austriae supra Anasum MSS.]

Digitized by Google

Principes: Carolum Imp. Romanorum electum, et Ferdinandum germanum, post Maximiliani Caesaris obitum, quae Basileae quoque, cum panegyricis aliquot aliis, anno 1520. in 4to. publica luce donata est; tum pag. 760. PETRI AEGIDII Θρηνωδια, seu *Lamentatio*, qua genius D. Maximiliani inter praeficas in pompa funerali mortem eius deplorat, cum notis Iacobi Spiegelii, Antverpiae etiam anno 1519. in 4to. edita; (a) porro pag. 776. VDALRICI ZASII oratio funebris in obitum eiusdem Caesaris Augusti, Friburgi Brisgoiae habita. — BARTHOLOMAEI LATOMI *Maximilianus Caesar defunctus*, Aug. Vindel. 1519. in 4to. prodiit, lectu dignissimus; [quod carmen recudi curavit I. G. MEVSCHENIVS in limine tomi I. de *vitis Summorum virorum*, *Coburgi* 1735. in 8vo.] — PHILIPPI GVNDELII *epicedion* eleganti gravique carmine heroico in D. Maximilianum scriptum, saluberrimamque orbi terrarum optimi Principis vitam ordine iusto complectens, cum epitaphiis graecis aeque ac latinis, eidem

Cae-

(a) [Vid. IOS. ANTON. a RIEGGER *amoenitat. Friburgens.* fasciculo III. pag. 474.]

Digitized by Google

Caesari ab eruditis pie positis, Viennae 1520. in 4to. excusum fuit. — ELIGII EVCHARII *dialogus Charitis et Gandae*, super obitu Maximiliani, ob Caroli ex Philippo filio nepotis electionem, se vicissim consolantium, Gandavi 1519. in 4to. excusus est. — [RICHARDI SBRVLII in D. Maximiliani I. obitum naenia, elegiaco venusto carmine decantata, *Schordianis* orationibus ac elegiis antea laudatis, tomo I. pag. 72. inserta est. — CASPARIS VRSINI VELII doctum venustumque *epicedion* in D. Maximilianum, Viennae s. a. in 4to. produt. — *Eiusdem* quoque *naenia* anniversaria in Caesarem Maximilianum, gravi heroico versu scripta, ibidem 1520. in 4to. publicata fuit. — Complura alia eius generis *epicedia* collegit PONTVS HEVTERVS *rerum Austriacarum* L. XV. p. m. 364 et seqq. — Denique de singulari *Virici* Wirtembergiae Ducis *pietate* in Maximilianum I. defunctum, vid. IO. VLRICI STREINHOFER *neue Wirtemb. Chronik.* P. IIII. ad an. 1519. p. m. 488. — Legi praeterea ob singularia, quae continet, historica meretur perbreve illud SIGISMVNDI ab HERBERSTEIN documen-

tum, quod in illustris SENCKENBERGII *Sammlung von ungedruckten und raren Schriften* tomo IIII. Francofurti 1751. in 8vo. edito, pag. 28. exstat, hac cum epigraphe: *Herbersteinische Relation von Maximiliani I. Hofrath, Tod, und Leichdisputen.*

Maximiliani I. incomparabilis Imperatoris exuviae, Neostadii quidem Austriae, in Caesareae arcis, nunc Academiae militaris, templo S. Georgii, conditae quiescunt, quod conditorium M. Theresia Aug. sub altari maiore renovari, et ritu sollemni novo tumulo die 7. Apr. 1770. ossa reponi iussit: magnificentissimum tamen vereque augustum cenotaphium illius exstat Oeniponti, in templo palatino ad S. Crucem, P. P. Franciscanorum curae commisso. Describitur illud luculenter in MARQVARDI HERRGOTT *taphographia* Principum Austriae tomo I. libro IIII. cap. VII. Sigillatim vero etiam prodiit R. P. FELICIS REINECCII ordinis S. Francisci, *Beschreibung des herrlichen Mausolei — Maximiliani des ersten R. K. &c. wie auch deren, um dieses Grab herumstehenden Statuen &c. Inspruck* 1750. in 4to. m. K. — In bi-

bibliotheca quoque Caesarea habetur codex MS. Ferdinandi I. tempore exaratus, cuius titulus: *Verzaichnus der Bilder zu weyland Kayser Maximilianen hochlöblichster gedächtnus Grab gehörig, so gegossen sind, und wie viel noch darzu gossen werden sollen.* De quo mausoleo LAMBECIVS l. II. *comment.* edition. KOLLARII pag. 453. et seqq. nec non cl. CONST. FLOR. KAVZ, *in Versuch einer Geschichte der Oester. Gel.* p. m. 135. et seqq. luculenter agunt.]

§. II.

DE VXORIBVS ET PROLIBVS MAXIMILIANI I. AVGVSTI.

Desponsata *primum* fuit *Maximiliano* MARIA, Caroli Pugnacis, Burgundiae Ducis filia. *Pacta dotalia* exstant in FRIDERICI LEONARDI *Recueil de Traitez de Paix, de Treve* &c. tomo I. Parisiis 1693. in

4to. edito; in DVMONT. *Corps universel diplomatique*, tomo III. et in IO. CHRIST. LVNIG *Teutschen Reichsarchiv* parte speciali, continuatione prima.

[Felici hoc connubio progniati sunt: PHILIPPVS II. *Pulcher*, de quo capite sequenti; FRANCISCVS, in cunis mortuus; et MARGARETHA. De hac plura superfunt documenta:] Sic in DVMONT *Corps diplomatique* tomo III. parte II. pag. 310. legitur: *Traité de alliance de Marguerite d'Autriche, entre les mains des ambassadeurs du Roy des Romains et de l'Archiduc, et la renonciation de cette Princesse au Roy de France, à Vandeville, Diocese de Cambray le 22. Juin 1493.* tomo III. autem parte II. pag. 40. habetur: *Contractus matrimonii inter Philibertum Sabaudiae Ducem, atque Margarethum Austriae Ducissam, d. d. 26. Septembris 1501.* LVNIGIVS in *codice Italiae diplomatico* tomo III. pag. 1218. refert: *Membra tractant de Francia, Arras de 1482. de Francfort 1489. et de Senlis 1493. quae servent beaucoup d'eclaircissement à l'histoire au sujet principalement du mariage de Charles Dauphin*

phin avec Marguerite d'Autriche, de Maximilien Roy des Romains, avec Anne Duchesse de Bretagne, et de la dit Anne avec Charles VIII. et depuis avec Louis XII. Roy de France. — Argute dicta factaque Margarethae, ab Du MAINE in *Coronide margaritisie* anno 1549. evulgata, memoriae prodidit. — Extat quoque eiusdem vita, sed multis fictionibus poëticis referta, Hamburgi 1716. in 8vo. proiusa, hac sum epigraphe: *Margaretha, oder die durchleuchtigste Margaretha von Oesterreich, in einer Staats- und Heldengeschichte.* — *Memoires de la Reine de Marguerite d'Autriche*, Lutetiae 1628. in 8vo prodierunt. — Bruxellis tandem procusae sunt ANDREAE de BVRGO Ferdinandi I. Caesaris oratoris, consummatae prudentiae viri, *epistolae ad Margaretham Austriacam*, ex quibus multum lucis in historiam eius aetatis Austriacam infertur. — E vivis ereptam Margarethan IOANNES FABER eleganti laudavit *oratione funebri*, in eius exsequiis, Coloniae Agrippinae pridie calend. Ianuarii 1530. celebratis, quae ibidem 1531. typis data, et Erasmo Cardinali de Mar-

Digitized by Google

ca., episcopo Leodiensi, nuncupata est. Eadem prostat oratio in *operibus* IOANNIS FABRI Coloniae iunctim anno 1537. et 1539. publici iuris factis. — ANONYMI *carmen sepulchrale* in funus Margarethae, Archiducis Austriae, Lovanii 1532. in 4to. emissum est. — [HENRICI CORNELII AGRIPPAE elegans *oratio*, in funere Margarethae Austriacorum et Burgundorum Principis, cum merita masculae eloquentiae laude dicta, habetur in eius operibus, Lugduni per Beringos fratres in 8vo. vulgatis, tomo secundo p. m. 1098. et seqq. — Aliam non minus lectu dignam *orationem* in exsequiis illius habitam ANTONIVS CAXANVS, quam *Schardianae* orationes tomo I. pag. 114. exhibent. — NICOLAVS GRVNDIVS quoque sepulchrale *carmen* heroicum in funus eiusdem Archiducis scripsit, quod loco mox laudato pag. 122. legitur. —] *Testamentum* illius d. d. 20. Febr. 1508. cui *codicillus* d. d. 20. Martii 1512. adnexus est, reperitur in LVNGII *codice Italiae diplom.* tomo III. pag. 1219. et apud DVMONT tomo IIII. parte I. pag. 40.

[*Alte-*

Digitized by Google

[*Altera* Maximiliani sponsa fuit ANNA, ultimi Britanniae minoris Ducis *Francisci* filia, ad cuius tamen Principis nuptias Maximilianus non pervenit; Carolo VIII. Galliae Rege illam, qua vi, qua consiliis sibi sociante.] Exstant de hoc connubio *litterae* magnae Britanniae Regis *Henrici VII.* ad Electores reliquosque Imperii Principes d. 5. Februarii 1491. scriptae, apud IOAN. PHILIP. DALTIVM *Rerum Germanicarum* L. III. cap. II. pag. 502. [nec non IACOBI WIMPHELINGII *litterae* ad Robertum Gaguinum, ordinis SSS. Trinitatis Ministrum Generalem, Galliaeque Regis oratorem anno 1492. pridie idus Februarii, aliaeque 16. cal. Martii 1492. Spirae datae, cum GAGVINI responso d. d. 14. Februarii 1492. quo Caroli Regis factum multis rationibus in medium prolatis, excusatur. Huic vero aliam epistolam reddidit WIMPHELINGIVS 11. cal. Martii eiusdem anni, argumentaque GAGVINI strenue confutavit.] Leguntur hae litterae, unacum aliquot utriusque scriptoris *carminibus*, materiam eandem pertractantibus,

in

in IOANNIS LINTVRII appendice ad WERNERI ROLLEWINCK *Fasciculum temporum*, pagina 487. et seqq. tomo secundo scriptorum Germanicorum, Ioannis Pistorii, a Burch. Gotth. Struvio editorum; ubi pariter luculenta WIMPHELINGII *oratio* ad Carolum Francorum Regem pro Maximiliano, integra exhibetur. Brevis quidem, sed egregia plane est AVGVSTINI LEYSERI *commentatio* de raptu Annae Britannae; quae eruditis historicis notis distincta, a CAROLO FRANCISC. LVBERTO HAAS recusa est, inter *opuscula historica*, Marburgi 1750. in 4to. typis data. Idem quoque argumentum studiose tractavit GVIDO ALEXIVS LODINEAV in libro praestantissimo: *Histoire de Bretagne*, Parisiis 1707. duobus in fol. voluminibus, in lucem producto, et Abbas TRAIT in *Histoire de la reunion de la Bretagne avec la France*, quae Parisiis 1764. in 12mo. tomis duobus excusa est.

Alias proinde nuptias paravit Maximilianus, BLANCA MARIA, Galeatii Mariae Sforziae, Ducis Mediolanensis filia,

filia, uxore ducta. In IOAN. CHRIST. LVNIGII cod. Italiae diplomatico tomo I. sequentia de hoc matrimonio exstant documenta: 1mo. *Plenipotentia Ioannis Galeatii Mariae Sforziae*, Vicecomitis, Ducis Mediolani ad tractandum cum Maximiliano I. Romanorum Rege de contrahendo cum sorore sua, Blanca Maria Sfortia matrimonio, d. d. 10. Maii 1493. 2do. *Litterae Maximiliani I.* quibus Blancam Mariam Sforziam, Mediolani Ducem, suam esse sponsam declarat, seque pactis matrimonialibus stacturum esse promittit, d. d. 24. Iunii an. 1493. 3tio. *Litterae Maximiliani I.* eiusdem de dote, sponsae suae Blancae Mariae Sforziae promissa, agentes; 4to. *Confirmatio* Ioannis Galeatii Sforziae *pactorum* matrimonialium, inter Maximilianum I. et Blancam Mariam Sforziam de Vicecomitibus, sororem suam minorem, cum adiecta sponsione de dote, statutis terminis, certo solvenda, d. d. 2. Aug. 1493. 5to. Ludovici Mariae Sforziae Vicecomitis *litterae* eiusdem argumenti, d. d. 2. Aug. 1493. Eadem diplomata, cum nonnullis gravioris momen-

menti aliis, MARQVARDVS HERRGOTT *Pinacothecae* Principum Austriae parte prima, auctuarii pag. 53. et sequentibus exhibet, ex tabulario Archiducali Oenipontano desumtas. Lectu digna est IASONIS MAYNI *oratio* ad Maximilianum Romanorum Regem, in auspicatissimis eius et Blancae *nuptiis*, Oeniponti celebratis, eodem loco dicta, quam FREHERVS S. R. G. tomo altero pag. 468. recudendam curavit. — Illustre est *fragmentum historicum* de Blanca Maximiliani I. Imperatoris coniuge quod ex codice MS. coenobii S. Emmerammi Ratisbonae, erutum HIERON. PEZIVS tomo secundo S. R. A. pag. 555. evulgavit. — GODEFRID. CANDELARIVM Reginae Blancae *coronationem*, anno 1496. factam, descripsisse, testatur IOSEPHVS HAYZHEIM in *bibliotheca Colonienſi*, anno 1747. in fol. Coloniae Agrippinae procusa, pag. 123. — Quam VDALRICVS ZASIVS funebrem panegyrim habuit, defunctae sine prolibus Blancae, coniugi Caesareae, dicatam; eam Freherianae S. R. G. collectioni, tomo II. pag. 774. STRVVIVS inseruit.

Ma-

Digitized by Google

[Maximilianum proles utriusque sexus in viduitatis statu procreasse, scriptores synchroni iuxtaque alii memoriae prodidere. Filii numerantur tres: GEORGIVS, episcopus primum Brixinensis, tum archiepiscopus Valentinus, tandem episcopus Leodiensis; LEOPOLDVS praesul Cordubensis; et MAXIMILIANVS de *Amberg*. — Filiae feruntur sex: ANNA, DOROTHEA, ELISABETHA, MARGARITHA, MARTHA; et altera ANNA. Silvae Ducis in Brabantia monialem S. Augustini vixisse BARBARAM ab Austria, nothamque pariter Maximiliani I. filiam, nonnulli scriptores adserunt. Verum ego eiusdem cum MARQVARDO HERRGOTT sum sententiae: hanc ex reliquis fuisse unam, quae orbata viro, monasterium ingressa, nomen deinde suum, uti fieri assolet, immutavit.]

CA-

Digitized by Google

CAPVT X.

DE PHILIPPO I. PVLCHRO.

§. I.

DE VITA ET REBVS GESTIS PHILIPPI I.

[PHILIPPI I. *Pulchri*, unici *Maximiliani* Caesaris Augusti filii, nativitatem illustrat *epistola* medicorum, Brugis 22. Iunii anno 1478. ad patrem data, atque felicem *Mariae* partum annuncians; quae in MARQVARDI HERRGOTT *Pinacotheae Principum Austriae* auctario diplomatum p. m. 35. integra oculis legentium fistitur. (*a*) —] *Tractatus praelocuti matrimonii*, inter eumdem et Annam Eduardi IIII. Angliae Regis filiam, Bruxellis die 5. Maii anno 1480. initus, itemque *articulus separatus* laudati tracta-

(*a*) [Singulare est in his litteris: Maximilianum, illustrissimum ac *metuendissimum* Dominum salutari.]

Digitized by Google

tractatus, Namurci die 7. Augusti anno 1480. datus, legitur in DVMONT tomo III. P. II. pagg. 73. et 74. — Institutum a Philippo cum coniuge iter, ad socerum Ferdinandum Regem Catholicum, DESIDERIVS ERASMVS Roterodamus eleganti oratione panegyrica, quam operibus illius insertam habemus, celebravit.

Philippi I. gesta adcurate describit, teste GERAR. ERNESTO de FRANCKENAV in *Bibliotheca* sua *Hispanica*, LAVRENTIVS de PADILLA in *chronica del Rey Don Philippo primero.*

Vita functo (a) summae spei Principi, IOANNES de WERD *oratione funebri* summo cum audientium plausu, in Academia Vindobonensi pronunciavit.

In PETRI MARTYRIS *relatione* huius funestissimi excessus, ad Archiepiscopum Granadensem data, multa no-

(a) Cor illius Brugas Flandrorum delatum, in materno sepulchro sollemni ritu depositum est. Confirmant id *excerpta ex registro* actorum capituli ecclesiae B. M. V. Brugis in Flandria, quae MARQVARDVS HERRGOTT auctario diplomatum *Taphographiae* Principum Austriae pag. 126 integra inserunt.]

Digitized by Google

tatu digna continentur. Exhibet illam auctor *des Spanischen Erbfolgrechts* parte I. pag. 243.

CAROLVS BVTTINGHAVSEN denique in *specimine monumenterum* rariorum, res gestas imperante Carolo V. illustrantium, *naeniam sapphicam* in mortem Philippi I. edidit.

§. II.

DE VXORE ET PROLIBVS PHILIPPI I.

[Coniux *Philippo* erat unica IOANNA, Ferdinandi Catholici, Hispaniae Regis, filia, et heres: ex quo auspicato matrimonio Austriacae familiae Habsburgicae, universum, qua late patet, Hispaniarum atque Indiarum imperium adcrevit.

Neque vero steriles isti fuere hymenaei. Fecunda siquidem haec Princeps duos filios, quattuorque filias enixa est. Filii erant:

CAROLVS I. *lineae Hispanicae Austriacae* sator, cuius progenies sectione proxime sequenti recensebitur; et

FER-

Digitized by Google

FERDINANDVS I. qui *lineam* alteram *Germanicam Auſtriacam* propagavit, ac ſectionis quartae caput principiumque erit.]

Filiarum primogenita fuit: ELEONORA, de cuius matrimonio cum Franciſco I. Galliarum Rege inito, *oratio* exſtat gratulatoria IOANNIS STRATII, Antverpiae 1530. in 8vo. emiſſa.

[Altera erat: ISABELLA, cui mortuae, quod CORNELIVS DVPLICIVS SCEPPERVS venuſtum ſcripſit *carmen elegiacum*, illud laminae, ad eius ſepulchrum Gandae in eccleſia abbatiae S. Petri affixae, inſculptum eſt. Legitur id quoque in PONTI HEVTERI *rerum Auſtriacarum* libri XV. appendice; et in MARQVARDI HERRGOTT *Taphographia* P. I. L. V. C. II. p. 301. in cuius *auctario diplomatum* pag. 128 habetur etiam THOMAE BLANCHERT *inſtrumentum publicum*; ex quo univerſa morbi, rerumque, mortem eius circumſtantium, hiſtoria, nec non exſequiarum ratio innoteſcit.] *Litterae Chriſtierni II.* Daniae Regis ad Mart. Lutherum, die 28. Ianuarii 1526. exaratae, et IOANNIS

Digitized by Google

MENCKENII S. R. G. praecipue Saxonicarum tomo II. pag. 652. insertae, varia vitae ac mortis Isabellae arcana commemorant. [Elegans quoque Viennae 1526. in 4to. vulgata est CASPARO VRSINO VELIO auctore *naenia*, eleganti stilo Catulliano scripta, sereniss. Mariae Reginae Pannoniorum nomine, *de Elisabethae* Reginae Danorum, sororis dulcissimae, *obitu*.]

MARIAE, tertiae Philippi I. filiae, RICCARDVS BARTHOLINVS venustum carmine heroico scripsit *epithalamium*, ter faustum illius cum Ludovico Hungariae Rege matrimonium celebrans, quod ipsius *Hodoeporico* insertum habetur apud FREHERVM S. R. G. tomo secundo pag 666. — [Eodem pertinet lectu dignissima, tam ob latini sermonis puritatem, quam ob singularia de regiae sponsae genere documenta, *oratio* SEBASTIANI BVNDERLII, Viennae 1514. in 4to. publicata, quae ab eodem ad illam nomine florentissimi studii Viennensis dicta fuit.] — *Contractus matrimonii* inter Ludovicum et Mariam, die 22. Iulii anno 1515. Viennae ini-

Digitized by Google

initus, exſtat in IOAN. SAMBVCI *appendice*, ad ANTONII BONFINII *rerum Hungaricarum* decades, et in DVMONT *corps diplomatique* tomo IIII. P. I. pag. 312. — [Quam GEORGIVS DRASCOVITIVS Antiſtes Quinqueeccleſienſis in exſequiis Mariae Hungariae Reginae funebrem *orationem dixit*, eam SCHARDIVS tomo I. orationum pag. 296. publicavit.]

Quarta Philippi I. filia, eaque poſthuma fuit: CATHARINA. Acta *deſponſationis* illius cum Ioanne Friderico Saxoniae Electore, habentur in IOAN. IOACH. MVELLERI *Staats-Cabinet, III. Eröfnung*, pag. 54.

[IOANNAE Arragoniae, *Philippi* Pulchri coniugi cariſſimae e vivis ereptae, IOAN. CAESARIVS parentavit luculenta panegyri, quam SCHARDIVS orationum funebrium tomo I. pag 88. vulgavit.

A *Philippi I.* morte, qui iam ante patrem *Maximilianum I.* Auguſtum rebus humanis exemtus eſt, Habsburgicae familiae ſpes unica in *Carolo I.* ac *Ferdinando I. Philippi I* ex *Ioanna* filiis, ſita fuit. Hi arcanis conſiliis permoti, paternarum avitarumque provinciarum imperium

Digitized by Google

rium ita inter se diviserunt, ut *Carolus*, eiusque posteri, Hispanica regna, cum ditionibus Burgundicis gubernarent: *Ferdinandus* autem cum sua progenie, reliquas Austriacas in Germania provincias ~~possideret. -- Ac proinde Caroli I.~~ eiusque successorum, Regum Hispaniae, prosapiam, in Carolo II. anno 1700. exstinctam, sequens *sectio tertia* pertractabit. *Sectione quarta* porro *Ferdinandi I.* familia, ad Divam usque MARIAM THERESIAM Augustam, Habsburgicae stirpis eheu! ultimam, cum scriptoribus suis, universa singulatim recensebitur.]



Digitized by Google

CONTINVATIO PRIMA
D. D. SVBSCRIBENTIVM.

Salvis quibuscunque honoris officiive singulorum titulis.

Sanctiſſimus in Chriſto Pater et Dominus noſter, Dominus PIVS Divina providentia Papa VI.

Reverendiſſimus ac ſereniſſimus D. D. MAXIMILIANVS Archidux Auſtriae, magnus ordinis Teutonici Magiſter, Archiepiſcopatus Colonienſis, et Epiſcopatus Monaſterienſis coadiutor &c.

Reverendiſſimus ac ſereniſſimus Dominus, Dominus CLEMENS WENCESLAVS Archiepiſcopus *Trevirenſis* S. R. I. per Gallias et Regnum Arelatenſe Elector et Archicancellarius, Epiſcopus Auguſtanus &c. Regius Poloniae et Electoralis Saxoniae Princeps &c.

Eminentiſſimus ac celſiſſimus D. D. Ioſephus S. R. E. Cardinalis de Batthyan, *Archiepiſcopus Strigonienſis*, S. R. I. Princeps, ſacrae Sedis Apoſtolicae Legatus natus, et Regni Hungariae Primas.

Eminentiſſimus Dominus, Dominus Franciſcus S. R. E. Cardinalis ab *Hrzan*, et *Harras*, Germaniae Protector, Romae.

Digitized by Google

CONTINVATIO PRIMA

Reverendiſſimus ac excellentiſſimus Dominus *Ioſephus* Comes *Garampi*, Archiepiſcopus Beritenſis, Epiſcopus Montis Faliſci et Corneti, Sanctiſſimi Domini noſtri Papae Pii VI. apud Caeſaream Regiam Apoſtolicam Maieſtatem Nuncius Apoſtolicus, Viennae.

Reverendiſſimus ac celſiſſimus Dominus Antonius Theodorus e S. R. I. Comit. de Colloredo, S. R. I. Princeps, et *Archiepiſcopus Olomucenſis* in Moravia.

Reverendiſſimus ac celſiſſimus Dominus Antonius Petrus e Comit. de Przichowsky, *Archiepiſcopus Pragenſis*, S. R. I. Princeps, et S. Apoſtolicae Sedis Legatus natus, Regni Bohemiae Primas.

Reverendiſſimus ac celſiſſimus Dominus Franciſcus Ludovicus e S. R. I. Baron. ab Erthal, *Epiſcopus Bambergenſis* ac *Herbipolenſis*, Dux Franconiae, S. R. I. Princeps.

Reverendiſſimus ac celſiſ. D. Fridericus Wilhelmus e S. R. I. Baron. de Weſtphalen, *Epiſcopus Hildeſienſis* et Paderbornenſis, S. R. I. Princeps.

Reverendiſſimus ac celſiſſimus Dominus Petrus Vigilius e S. R. I. Comit. de Thun, *Epiſcopus Tridentinus*, S. R. I. Princeps.

Reverendiſſimus ac celſiſſimus Dominus Ioſephus e S. R. I. Comit. de Auerſperg, S. R. I. Princeps et *Epiſcopus Gurcenſis* in Carinthia.

Reverendiſſimus ac celſiſſimus Dominus Carolus e S. R. I. Cocmit. d Herberſtein, S. R. I. Princeps et *Epiſcopus Labacenſis* in Carniolia,

Digitized by Google

D. D. SVBSCRIBENTIVM.

Reverendiſſimus ac celſiſſimus Dominus Adamus e S. R. I. Comit. ab Arco, S. R. I. Princeps, et *Epiſcopus Seccovienſis* in Styria.

Reverendiſſimus ac celſiſſimus Dominus Philippus Gotthardus e S. R. I. Comit. de Schafgotſch, S. R. I. Princeps, et *Epiſcopus Vratislavienſis*.

Reverendiſſimus ac excellentiſſimus D. Mathias Franciſcus e S. R. I. Comit. de Chorinsky, *Epiſcopus Brunenſis* in Moravia.

Reverendiſſimus ac illuſtriſſimus Dominus Ioannes Baptiſta e Comit. de Mugiafca, *Epiſcopus Comenſis* in Ducatu Mediolanenſi.

Reverendiſſimus ac excellentiſſimus Dominus Henricus Ioannes Kerenz, *Epiſcopus Neoſtadienſis* in Auſtria.

Reverendiſſimus ac illuſtriſſimus Dominus Ioannes Leopoldus ab Hay, *Epiſcopus Reginopadecenſis*.

Reverendiſſimus Dominus Philippus Damianus e S. R. I. Comit. de Hoensbroeck, *Epiſcopus Rarcmondanus*.

Reverendiſſimus ac excellentiſſimus Dominus Franciſcus Philippus e S. R. I. Comit. de Inzaghi, *Epiſcopus Tergeſtinus*.

Reverendiſſimus ac illuſtriſſimus D. Theodorus S. R. I. Comes a *Beldarbuſch*, ordinis Teutonici Eques et Commendator Sterzingae in Tiroli.

Reverendiſſimus ac excellentiſſimus D. Ioannes Baptiſta S. R. I. L. B. ab *Vlm*, ordinis Teuto-

Digitized by Google

nici Eques, et Commendator Atheſinus in Tiroli.

Reverendiſſimus ac excellentiſſimus D. Carolus S. R. I. Comes a *Zinzendorf* et Pottendorf, ordinis Teutonici Eques et Commendator.

Reverendiſſimum ac nobile Capitulum Cathedrale *Gurcenſe* in Carinthia.

Reverendiſſimum Capitulum Cathedrale *Neoſtadii* in Auſtria infra Anaſum.

Reverendiſſimus ac celſiſſimus D. *Martinus Gerbertus* S. R. I. Princeps, et congregationis S. Blaſii in ſilva nigra ord. S. Benedicti Abbas.

Reverendiſſima ac celſiſſima D. *Maria Anna* ex S. R. I. Baron. de Hornſtein Göffingen, S. R. I. Princeps et Collegii nobilium virginum Seckingae in Auſtria anteriore Abbatiſſa.

Reverendiſſimus ac ampliſſimus D. *Ambroſius* S. ord. Canon. Regul. S. Auguſtini Reichersbergae ad Oenum Praepoſitus.

Reverendiſſimus ac ampliſſimus D. *Ambroſius* ord. S. Benedicti Sitanſtadii in Auſtria infra Anaſum Abbas.

Reverendiſſimus ac ampliſſimus D. *Andreas Hayder* S. canon. ord. Praemonſtrat. eccleſiae Geruſienſis in Auſtria infra Anaſum Abbas.

Reverendiſſimus ac ampliſſimus D. *Andreas* S. ord. Ciſtercienſis in Valle Dei, vulgo: Seiſenſteinae in Auſtria infra Anaſum Abbas.

Re-

Digitized by Google

D. D. SVBSCRIBENTIVM.

Reverendiſſimus ac ampliſſimus D. *Bertholdus* S. ord. S. Benedicti Altenburgi in Auſtria infra Anaſum Abbas.

Reverendiſſimus ac ampliſſimus D. *Chriſtianus* S. ord. Ciſtercienſis Montis Pomerii in Auſtria ſupra Anaſum Abbas.

Reverendiſſimus ac ampliſſimus D. *Daniel Todl* S. can. ord. Praemonſtratenſis eccleſiae Lucenſis ad Teyam in Moravia Abbas.

Reverendiſſimus ac ampliſſimus D. *Dominicus* S. ord. Ciſtercienſis Campililii in Auſtria infra Anaſum Abbas.

Reverendiſſimus ac ampliſſimus D. *Floridus* S. ord. Canon. Regul. S. Auguſtini Clauſtroneoburgi in Auſtria infra Anaſum Praepoſitus.

Reverendiſſimus ac ampliſſimus D. *Floridus* S. ord. Canon. Regul. S. Auguſtini Waldhuſiae in Auſtria ſupra Anaſum Praepoſitus.

Reverendiſſimus ac ampliſſimus D. *Franciſcus Carolus* S. ord. Ciſtercienſis Tennenbaci in Brisgovia Abbas.

Reverendiſſimus ac ampliſſimus D. *Franciſcus Maria Dinzl* S. ord. S. Benedicti Marienbergae in Tiroli Abbas.

Reverendiſſimus ac ampliſſimus D. *Iacobus* S. ord. S. Benedicti Cellae Marianae in Auſtria infra Anaſum Abbas.

Reverendiſſimus ac ampliſſimus D. *Ioannes Baptiſta* S. ord. Ciſtercienſis Hilariae in Auſtria ſupra Anaſum Abbas.

Re-

Digitized by Google

CONTINVATIO PRIMA

Reverendiſſimus ac ampliſſimus D. *Leopoldus* S. ord. canon. Regul. S. Auguſtini Neocellae ſeu ad gratias S. Mariae Brixinae in Tiroli Praepoſitus.

Reverendiſſimus ac ampliſſimus D. *Leopoldus* S. canon. ord. Praemonſtratenſis eccleſiae Pernecenſis in Auſtria infra Anaſum Abbas.

Reverendiſſimus ac ampliſſimus D. *Magnus* S. ord. S. Benedicti Gottwici in Auſtria infra Anaſum Abbas.

Reverendiſſimus ac ampliſſimus D. *Michael Teufel* S. ord. Canon. Regul. S. Auguſtini Ducumburgi in Auſtria infra Anaſum Praepoſitus.

Reverendiſſimus ac ampliſſimus D. *Pirminius* ord. S. Benedicti ad S. Georgium in Tiroli Abbas.

Reverendiſſimus ac ampliſſimus D. *Romanus* S. ord. S. Benedicti Wiblingae ad S. Martinum in Auſtria anteriori Abbas.

Reverendiſſimus ac ampliſſimus D. *Stephanus* Gemnicenſis Carthuſiae in Auſtria infra Anaſum Prior.

Reverendiſſimus ac ampliſſimus D. *Vrbanus* S. ord. S. Benedicti Mellicii in Auſtria infra Anaſum Abbas.

Reverendiſſimus ac ampliſſimus D. *Wilhelmus* S. ord. Can. Reg. S. Auguſt. Subenſis ad Oenum Praepoſit.

R. D. M. Praepoſita S. ord. S. Dominici, *Altenſtadii* in Auſtria anteriori.

Monaſterium R. R. P. P. *Auguſtinianorum* Diſcalceatorum, Frattingae in Moravia.

Reverendiſſimus D. M. F. L. B. *a Bartholotti*, Archipresbyter, Abbas infulatus, et Parochus Celeienſis in Styria.

Digitized by Google

D. D. SVBSCRIBENTIVM.

D. Iosephus nob. a *Baumeister*, I. V. D. Vindob.

A. R. P. *Beatus*, S. ord. S. Francisci Cappucinorum Quardianus, Bolzani in Tiroli.

Reverendissimus ac excellentissimus D. a *Beck*, Serenissimi D. Electoris Trevirensis et Episcopi Augustani Consc. intim. et Vicarius Generalis in spiritualibus.

Bibliotheca Garelliana, Vindobonae.

Bibliotheca Caesarea Regia, Lincii in Austria supra Anasum.

Bibliotheca Philosophica, Vniversitatis Vindobon.

Bibliotheca Theologica, Vniversitatis Vindobon.

Bibliotheca Windhagiana, Vindob.

Illustrissimus D. S. R. I. Baro a *Bodmann*, S. C. A. M. Camerarius, Stockaci in Austria anteriori.

D. Mathias a *Buchberg*, S. C. R. A. M. a consil. actual. Vindobon.

Monasterium R. R. P. P. *Carmelitarum* Discalceatorum, Vindobonae.

D. Ioannes del *Curto*, Pragae in Bohemia.

Monasterium R. R. P. P. *Dominicanorum*, Vindobon.

Reverendissimus ac illustrissimus D. Alexander S. R. I. Comes ab *Engel*, Praepositus et Decanus Anisiae in Austria supra Anasum.

R. P. Marianus *Fidler*, a sanctissimo Salvatore, S. ord. R. R. P. P. Augustinianorum Discalceatorum, Vindobonae.

D. Carolus *Foerschel*, Vindobonae.

Monasterium R. R. P. P. S. ord. minor. reformatorum *S. Francisci*, Clagenfurti in Carinthia.

A. R. P. N. Quardianus S. ord. minor. reformat. *S. Francisci*, Enzerstorfii in Austria infra Anasum

Digitized by Google

Taberna libraria *Frenneriana*, Lincii in Auſtria ſupra Anaſum.

R. D. *Gilbertus*, S. ord. Canon. Regul. S. Auguſtini Clauſtroneoburg. Vindobonae.

D. Adamus Dionyſius nob. a *Graeller*, S. C. A. M. Conſil. Provinc. Clagenfurti in Carinthia.

D. Ioſeph. Chriſtoph. *Gugger* a *Staudach*, Conſil. Veldkirchenſis, Cancellar. Praef. et Statuum Prov. Syndicus.

R. D. Maximilianus *Hell*, Vniverſitatis Vindobonenſis Caeſareo-Regius Aſtronomus.

Reverendiſſimus ac illuſtriſſimus D. D. Erneſtus Ioſephus S. R. I. Comes ab *Herberſtein*, Officialis et Vicarius generalis Paſſavienſis, Vindobonae.

D. Adalbertus *Hild*, Caeſ. Reg. Aulicus et urbis Vindobonenſis Architectus.

A. R. D. Ferdinandus Maria *Hohenfeld*, Cler. Regul. Theatinorum Praepoſitus, Vindobonae.

R. D. Philippus *Koffler*, Vindobon.

D. Ioan. Procopius a *Kühnell*, I. V. C. ab agend. cauſſis Cancell. C. R. aul. Bohem. Auſtriac. et Gallic. Vindobon.

D. Petrus *Lione*, Veldkirchae in Auſtria ſuperiori.

R. P. *Marcellinus*, S. ord. SSS. Trinitatis de redemt. captiv. Vindobon.

Monaſterium R. R. P. P. *Minorum* Conventualium, Vindobonae.

D. Sebaſtianus a *Müller*, S. C. R. A. M. Conſiliar. actual. et Referend. in Cancell. aul. Bohem. et Auſt. Vindobonae.

D. Ioannes Georgius *Neumiller*, cancell. Imper. aulicae officialis, Vindobonae.

Digitized by Google

D. D. SVBSCRIBENTIVM.

A. R. P. Leopoldus *Nickel*, S. ord. S. Pauli eremit. Prior Hernalſenſis prope Viennam.

A. R. R. *Odilo*, S. ord. S. Benedicti Prior, Veldkirchae in Auſtria ſuperiori.

A. R. P. *Andreas Off*, S. ord. S. Dominici Prior, Bolzani in Tiroli.

D. Ignatius Gabriel de *Pauli* ab Engebühel, Pharmacop. Vindobon.

D. Ioan. Thaddaeus Ant. *Peithner*, nobil. a Lichtenfels, S. C. R. A. M. conſil. actual. et Refer. in montaniſt. Vindobonae.

R. P. Claudius *Perinet*, S. ord. S. Dominici Bibliothecarius, Auguſtae Vindel.

R. D. M. Praepoſita Ord. S. Dominici, ad S. *Petrum* in Auſtria anteriori.

Illuſtriſſimus D. Franciſcus L. B. a *Prandau*, Vindobonae.

R. D. Ioſephus Gandert *Raab*, Vicarius.

R. D. Ioan. Leonardus *Ritter*, Capellanus et Beneficiatus ad aedem gratioſae imaginis Regiae prope Günzburgum in Burgovia.

D. Ioh. Iacob. a *Rieſenberg*, Senator Pragenſis in Bohemia.

Reverendiſſimus D. Franciſcus a *Santoni*, Archipresbyter Eccleſiae collegiatae Arcenſis in Tiroli.

D. Ioan. Thaddaeus *Schach*, I. V. D. Caeſareo-Regius Fiſcus in Auſtria anteriori, Friburgi.

R. P. Beda *Schallhamer*, S. Ord. S. Benedicti Praepoſitus et Parochus Spitzenſis in Auſtria infra Anaſam.

R. P.

Digitized by Google

CONT. PRIMA D. D. SVBSCRIBENTIVM.

R. P. Caeleſtinus *Schiermann*, S. ord. S. Benedicti Parochus, Thalheimii in Auſtria ſupra Anaſum.

Collegium Loevenburgicum *Scholarum Piarum*, Vindobonae.

Domus Cremſenſis *Scholarum Piarum* in Auſtria infra Anaſum.

Domus Freyſtadienſis *Scholarum Piarum* in Auſtria ſupra Anaſum.

Domus Gleiſtorfenſis *Scholarum Piarum* in Styria.

Domus Günzburgenſis *Scholarum Piarum* in Burgovia.

Domus Hornana *Scholarum Piarum* in Auſtria infra Anaſum.

Domus Vrbana *Scholarum Piarum* ad S. Ivonem, Vindobonae.

R. P. Amandus *Störzinger*, S. ord. S. Dominici Vicarius in Kitzbühel, in Tiroli.

Excellentiſſimus D. Chriſtophorus S. R. I. Comes a *Thürheim*, S. C. A. M. Conſ. actual. intim. et Auſtriae ſupra Anaſum Capitaneus.

A. R. D. Euſebius *Vblich*, S. ord. Canon. Regul. S. Auguſtini ad S. Hippolytum in Auſtria infra Anaſum Decanus.

D. N. a *Widmanſtetten*, Caeſ. Reg. Typogr. et Bibliop. Graecii in Styria.

Canonia S. canon. ordinis Praemonſtratenſis Veldidenae ſeu *Wilthani* in Tiroli.

D. Ioan. Leopoldus a *Zeilner*, Vindobonae.

D. Ioſephus *Zlobicky*, linguae ac litteraturae Bohemicae Profeſſor in Vniverſ. Vindobon. nec non in ſupremo Tribunali ab officiis Regiſtraturae Bohemicae

Digitized by Google

SPHALMATA

graviora typothetae haec fere sunt:

Pag.	lin.		
7	9.	*Floriari*	lege: *Floriani*
14	23.	a fictitiis	ac fictitiis
21	1.	*Tegernseenenſis*	*Tegernſeenſis*
—	29.	IOANNNES	IOANNES
34	18.	*primnm*	*primum*
—	21.	fin. &c	&c. fin.
38	ult.	*relaturam*	*relaturum*
44	17.	chartarumpue	chartarumque
—	19.	praecique	praecipue
49	19.	*incoptus*	*inceptus*
69	11.	pertinent	pertinet
71	21.	tomo V.	tomo IIII.
103	ult.	Lanrentii	Laurentii
123	9.	*ſol.*	*ſel.*
152	8.	eperiuntur	reperiuntur
196	16.	PALAVICINI	PALLAVICINI
204	ult.	1606	1696
217	14.	BLOTTII	BLOTII
258	12.	quo opere	quo in opere
298	18.	ANANYMI	ANONYMI
310	14.	OLIVARII	OLIVARII VREDII
335	9.	MARTNVS	MARTINVS
346	4.	*faſtornm*	*faſtorum*
411	17.	1741.	1441.
418	ult.	ſui-	ſuis
428	18.	PIRCHEIMERVS	PIRCKHEIMERVS
462	20.	HAYZHEIM	HARZHEIM
465	1.	Philippi I. A.	Philippi I.

Reliqua leviora benevolus lector facile animadvertet.

Digitized by Google

Digitized by Google

L. B.

INDICEM totius *partis ſecundae* tam *rerum*, de quibus auctores recenſentur, quam *auctorum*, de quorum ſcriptis praecipue agitur, *ſecundo*, quod Deo volente primo quoque tempore typis committetur, *volumini* ſubiungemus.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
REFERENCE DEPARTMENT

This book is under no circumstances to be taken from the Building



Digitized by Google